

**Sv. Ambrož Milánský**

**O pokání**  
knihy dvě  
latinsko-česká verze

## Slovo k překladu:

Pokání, o kterém sv. Ambrož v těchto dvou knihách mluví, není to, co si pod slovy svátost pokání neboli sv. zpověď představuje současný katolík. Jde zde spíše o vysvětlení a obhajobu kající praxe starověké Církve; obhajobu pokání, které znamenalo skutečné druhé obrácení křesťana a opravdové osvobození od pout hříchu. Nešlo tedy zdaleka jenom o jednorázové gesto, ale spíše o jakési životní pokání; náročný proces skutečné změny života, při němž bylo potřebné pevné odhodlání kajícího, jeho určitá zralost, ale také vnější podmínky, které spočívaly v tom, že toto pokání nekonal sám, ale byl biskupem zařazen do skupiny kajících, byly mu předepsány konkrétní kající skutky a byl podporován modlitbami celého církevního společenství. Samotný Ambrožův text spolu s poznámkami i úvodem, kterými je překlad opatřen, poskytuje čtenáři na tuto kající praxi starověké Církve dost ucelený pohled. Předlohou textu je vydání: J.P. Migne, *Patrologia latina XVI.*, Paříž, 1845.<sup>1</sup> Poznámky jsou zde většinou přeloženy z Migneho vydání; v opačném případě je uvedeno (pozn. překl.). Celý poznámkový aparát uvádějící i textové varianty je jen u latinského textu. Způsob překladu je zde pokud možno doslovný. Slova v kulatých závorkách se v latinském textu nenacházejí, ale jsou v překladu doplněna pro lepší srozumitelnost, někdy i jako stylistická úprava. Biblické citáty jsou většinou přeloženy podle znění Ambrožova textu. Kdyby snad čtenáři byla místy na obtíž přílišná doslovnost překladu, ať prosím vezme na vědomí, že není způsobena nadměrnou horlivostí, ale spíš nedostatečnou zkušeností překladatele.

Nitra 6. 11. 2023

---

<sup>1</sup> Sloupec 461 a násl. Porovnáváno také s textem na: <https://mlat.uzh.ch/>. V PL 16.1414 uvádí Migne i 13 rukopisů, podle nichž byl latinský text revidován.

Kdo by hledal uvedení do problematiky s novějším datem, naskytuje se mu dokument: *Starověká praxe pokání a Ambrožův spis De paenitentia* : diplomová práce / Karolína Štauberová; vedoucí práce: David Vopřada. Praha, 2021. 91 s.; případně možné knižní vydání této práce, které prý má brzy vyjít. (pozn. překl.).

### **In Libros de poenitenita admonitio**

Quandoquidem hi duo libri adversus Novatianos scripti fuere, ut Ambrosii consilium, operis ordo atque series, vis ac pondus argumentorum percipiatur minori negotio, non ingratum lectori futurum duximus, si eius oculis unde orta sit illa haeresis, quos habuerit progressus, quove in statu fuerit, cum iidem libri lucubrarentur, proponamus.

Dicti sunt Novatiani ab auctoribus sectae Novato et Novatiano, quos inter se cum plurique veterum, et Graecorum imprimis, male confundant, numquam non distinguit Ambrosius. Horum prior Carthagiensis Ecclesiae presbyter fuit, numquam vero ad episcopalem pervenit dignitatem; qua in re Baronius, Petavius, Labeus et alii nonnulli erraverunt. Is erat animo inquieto et scelero, neque ad aliud magis quam ad res novas comparato. Idem se coniunxerat Felicissimo, qui lapsus in idolatriam nulla imposita poena reddendam pacem delirabat. Cuius haeresi quo plusculum conciliaret auctoritatis cum omni arte atque ambitu protrudit ad diaconatum, non modo non annuente, sed ne consulto quidem antistite ipsius Cypriano. Huic facinori alia tum impudicitiae, tum atrocis crudelitatis plena cumulum addiderunt, propter quae dies a fratribus ei dictus est apud Cyprianum: sed renovata per id temporis persecutio, ne ulterius in eundem inquireretur, prohibuit. Usus ea occasione Novatus Romam profugit; eoque cum sub anni 251 initium venisset, clerum ac populum ibi offendit, de sufficiendo pontifice in locum Fabiani non pridem martyrio affecti dissentientes.

Divisa Romanorum studia duo presbyteri in se converterant, Cornelius et Novatianus. Hic stoicorum philosophorum scita profitebatur, homo acerrimi ingenii, multijugae doctrinae, nec

### **Úvod z vydání J.P. Migneho**

Jelikož tyto dvě knihy proti novaciánům byly napsány coby Ambrožova rada, necht' je věnována trocha pozornosti uspořádání a pořadí díla a také síle a závažnosti látky. Usoudili jsme, že čtenářovi nebude proti chuti, jestliže bychom jeho očím nabídli, odkud ona hereze povstala, jak se šířila a v jakém stavu se nacházela v době, kdy byly tyto knihy sepsány.

Novaciány byli nazváni podle původců sekty Nováta a Novaciána, které mezi sebou Ambrož nikdy nerozlišuje. Také mnozí ze starých (autorů), především z Řeků, je nesprávně pokládají za jednu osobu. První z nich byl knězem kartáginské církve a nikdy nedospěl k biskupské hodnosti; v čemž se pomýlili Baronius, Petavius, Labeus a někteří další. Tento (Novátus) byl nepokojného a zločinného ducha a k ničemu nebyl tak pohotový jako k novým věcem. Spojil se s Felicissimem, který blouznil v tom, že upadnuvším do modloslužby se má udělit smíření bez uložení jakéhokoliv trestu. Čím více jeho herezi schvaloval, tím lépe se díky jeho autoritě se vši dovedností šikovně prodral k jáhenství, a to nejen bez schválení, ale dokonce i bez otázení se samotného biskupa Cypriána. K tomuto zločinu přidali i jiné, jednak (skutky) necudnosti, jednak celou kopu strašných ukrutností. Proto měl být souzen před Cypriánem. Ten ale nařídil, aby v té věci už nebyl vyšetřován, protože právě v tom čase bylo obnoveno pronásledování. Této příležitosti Novátus využil a utekl do Říma. Dorazil tam začátkem roku 251 a pobouřil zde klérus i lid, který byl rozdělen kvůli dosazení velekněze na místo Fabiána, jenž nedlouho předtím zemřel mučednickou smrtí.

Pozornost Římanů na sebe už dříve obrátili dva kněží, Kornelius a Novacián. Novacián který byl pokročilým ve vědomostech stoických filozofů. Byl to člověk vytříbeného nadání,

facundiae vulgaris: verum praeterquam quod exorcismis subiectus fuerat, eum in lecto propter adversam valetudinem baptizatum sacra unctione episcopus non consignaverat. Neglectis tamen hisce defectibus, ipsum idem praesul honore sacerdotali dignatus est; unde in animis populi haud parvam excitavit offensionem. Itaque cum in pontificem plura iustioraque suffragia Cornelium retulissent, virum eximiae virtutis, atque in singulis Ecclesiae gradibus exercitatum, Novatianus repulsae impatiens electionem illam evertere secum statuit. Hoc incoeptum ut perficeret, famosum libellum scripsit in Cornelium: ac denique ordinationem eius idcirco legitimam esse negavit, quod eos Christianos qui saevienti persecutione thura idolis adoleverant, a sua communione non rejiceret. Pellexit in factionem suam non paucos e populo: quam occasionem Novatus rebus suis opportunam ratus, Novatiano se menciavit. Igitur ut pro virili promoveret ejusdem partes, id technis suis est consecutus, ut ille a tribus episcopis, quos rudes et simplices ab exigua et vilissima Italiae parte ad hoc exciverat, ordinaretur in pontificem; unde tum primum antipapae nomen a constituta Christi religione incognitum audiri coepit. Ordinationem suam datis literis missisque legatis Africanae atque orientali Ecclesiae significavit: sed ea ubique repudiata est.

Interim ut invidiam Cornelio conflare pergeret, ac sibi auctoritatem quodam disciplinae fuco compararet, docebat ea potestate carere Ecclesiam qua lapsorum, quos in Libellaticos, Thurificatores, et Apostatas distinguebant, crimen dimitteretur, cum tamen eosdem ad poenitentiae opera exhortandos esse neutiquam negaret. Primo quidem isti hos intra

rozmanitého vzdělání, ale ne lidové výřečnosti. Kvůli nemoci byl pokřtěn na lůžku, přitom nad ním sice biskup vykonal exorcismy, ale nepoznačil ho svatým pomazáním.<sup>2</sup> Zanedbavši tyto nedostatky přece ho tentýž biskup uznal za hodného kněžské důstojnosti. Tím v duších lidu vzbudil nemalé pohoršení. Proto když četnější a oprávněnější hlasy zvolily za papeže Kornélia, muže vynikající ctnosti vycvičeného v jednotlivých církevních stupních, Novacián neumějíc strpět odmítnutí si umínil zvrátit tuto volbu. Aby to, co započal, dokončil, napsal pověstnou knížku proti Korneliovi, a nakonec jeho volbu odmítl jako nelegitimní, protože od svého přijímání neodmítal ty křesťany, kteří za krutého pronásledování spálili kadidlo modlám. Na svou stranu zlákal nemalou část lidu. Tuto vhodnou příležitost využil vypočítavý Novátus a k Novaciánovi se připojil. A aby ho podle svých sil postrčil dopředu, následoval své způsoby jednání a přivolal tři nevzdělané a prosté biskupy z nepatrné a nejméně významné části Itálie k tomu, aby onen byl ustanoven za papeže. A tak se stalo známým jméno prvního vzdoropapeže od dob, kdy Kristus založil náboženství. Svě ustanovení vydáním listů a vysláním poslů oznámil africké a východní církvi, ale bylo všude odmítnuto.

Mezitím, aby pokračoval v rozněcování závisti vůči Korneliovi a sobě zdáním kázně zjednal nějakou vážnost, učil, že Církev nemá tu moc, kterou se odpouští zločin upadnuvších, které rozlišovali na libellatiky, thurifikáty a apostaty<sup>3</sup>, i když přeci jen nijak nepopíral, že mají být povzbuzováni ke skutkům pokání. Zpočátku se (novaciáni) pravda drželi v těchto

<sup>2</sup> Pravděpodobně se míní, že při zkrácených křestních obřadech biskup vykonal exorcizmy, které regulérně předcházejí křtu, ale už nemocnému neudělal pomazání, které se dává po křtu, tedy svátost bířmování, i když zmínka o exorcizmech je trochu nejasná (pozn. překl.).

<sup>3</sup> Libellatici si podvodem opatřili potvrzení, že vykonalí oběť pohanským modlám. Thurifikáty „pouze“ vhodili symbolické zrnko kadidla modle. Apostati byli ti, kdo přímo vykonalí pohanský modloslužebný obřad. Všechny tři druhy zpronevěřivších se byli Církvi považováni za odpadlé od Krista a vrátit do Církve se mohly jen po přísném pokání (pozn. překl.).

fines se continebant. Sed cum acriter premerentur a Cypriano et aliis Patribus, qui non sine summa injuria quam veniam atrocioribus peccatis, puta homicidio, et adulterio concedebant, illam solis lapsis negari demonstrabant; oe denique compulsi sunt, ut peccata omnia contenderent aequae esse irremissibilia. Pudit tamen eorum sectatores hujus amentiae; postea enim non defuere, qui hanc sententiam ad sola graviora crimina restrictam vellent.

Arrisit plurimis severitatis illa species, brevique ex his secta numerosa coalescens, ut ab orthodoxis distingueretur, sibi vanissimum Καθαρον, id est mundorum nomen arrogavit. Episcoporum ejusdem sectae amplum catalogum magna cum laude texit Socrates (Lib. IV. His. cap. 21). Describit etiam suscepta ab ejusdem professoribus pro Christi divinitate certamina, eorumque tam claram in suppliciis constatiam fuisse tradit, ut ea inducti ipsi Catholici, preces cum illis in templis ipsorum optarent sociare. Quae quidem haberemus minus suspecta, si a scriptore in eas partes non tam propenso proficiscerentur. Eam haeresim diversa concilia proscripserunt, et quid in iis qui redirent ad Ecclesiam, servandum esset, praeceperunt. Quamvis autem in illam Patrum eruditissimi calamum strinxerint, ipsa tamen per omnes ferme Christiani orbis plagas propagata diutissime perseveravit.

Eadem hoc in statu offendit Ambrosius, cum ipsam hisce duobus libris aggressus est (Cap. 1). Primum aptissime a moderationis, quam in Novatianis desiderari certum erat, commendatione orditur. Tum commissam Ecclesiae criminum quorumlibet absolvendorum potestatem astruit (Cap. 2), Deum ad clementiam quam ad severitatem magis propensum esse demonstrans (Cap. 3 et 4). Postea vero ubi objectioni a divina immutabilitate petitaes satisfacit (Cap. 5), ipsis vicissim e variis Scripturae testimoniis, ac potissimum ex eo quod

mezích. Ale když byli rázně tlačeni Cypriánem a ostatními Otcí, kteří ukazovali, že je nejvyšší nespravedlností, aby milost, kterou udílejí nejohavnějším hříchům, jako vraždě a smilstvu, odmítali samotným upadnuvším, byli tím nakonec dotlačeni k tomu, aby všechny hříchy stavěli na jednu rovinu a tvrdili, že jsou neodpustitelné. Za tuto jejich nerozumnost se styděli dokonce i jejich následovníci. Později však nechyběli takoví, kteří toto tvrzení chtěli vztahovat jen na samotné těžší zločiny.

Většina se přísnosti tohoto druhu usmála, přesto však z nich v krátké době vzrostla početná sekta. Aby se odlišili od pravověrných, dali si nepravdivě jméno „kataroi“, tedy čistí. Rozsáhlý seznam biskupů této sekty zaznamenal k velké pochvle Socrates (4. kniha dějin kap. 21). Popisuje také zápasy, které jejich vyznavači podstoupili pro Kristovo božství a říká, že jejich vytrvalost při mučení byla tak slavná, že jí byli pohnuti i samotní katolíci a toužili být s nimi účastni modliteb v jejich chrámech. To bychom pravda měli za méně podezřelé, jestliže by to nepocházelo od spisovatele v těchto pasážích tak zaujatého. Tuto herezi zapověděly různé sněmy a nařídily, co by se mělo zachovávat v případě těch, kteří se vraceli do Církve. Ačkoliv však Otcové proti této herezi usilovně psali, ona přeci byla rozšířena během téměř všech pronásledování křesťanů a velmi dlouho přetrvala.

V takovém stavu na tuto (herezi) narazil i Ambrož, když proti ní zakročil těmito dvěma knihami. Začíná je doporučením umírněnosti, která novaciánům určitě scházela (kap. 1). Pak dokazuje, že Církvi byla svěřena moc rozhřešovat jakékoliv zločiny (kap. 2), ukazujíc, že Bůh je více nakloněn k milostivosti než k přísnosti (kap. 3 a 4). Potom však co se vypořádal s námitkou o Boží neproměnnosti (kap. 5), sám na ně rázně útočí z části z různých svědectví Písma, nejvíce však z toho, že Kristus slíbil Petrovi klíče nebes (č. 32 a 33). K tomu

Petro coeli claves Christus promisit (Num. 32 et 33), acriter instat. His alia momenta ex eorum principiis moribusque desumpta jungit (Cap. 8). Mox ad alias objectiones gradum faciens (Cap. 9), maxime in eo refellendo quod de peccato ad mortem venditabant, moratur (Cap. 10); ostensoque doctrinam orthodoxam a Joanne Evangelista clare asserti (Cap. 11), futilia eorum responsa prorsus evertit (Cap. 12). Postremo ex Corinthii a Paulo separati, ac deinde sacris redditi historia validissimum confirmando catholico dogmati ducit argumentum (Cap. 13 et seq.).

In altero libro (Cap. 1) postquam docuit sollicite ac mature agendam esse poenitentiam, praecipua duo Novatianorum praesidia impugnat. Primum (Cap. 2 et 3) illis suppeditabant Apostoli verba eos qui lapsi essent renovari non posse ad poenitentiam asseverantis: secundum vero (Cap. 4) iidem mutuabantur ex Joannis evangelio, ubi dicitur peccatum in Spiritum sanctum neque in hoc neque in futuro saeculo dimittendum. Utramque autem difficultatem ea vi rationum tractat et diluit, quae posteris theologis pene omnibus facem in his solvendis praeluxerit, ut nos suis locis observavimus. Probat denique ab ipsis peccatores ad baptismi repetitionem induci (Cap. 5, num. 36), ut ejus beneficio veniam, quam poenitentiae operibus negabant, assequerentur; cum apostoli e contrario nobis criminum veniam nusquam non promittant. Hinc occasionem nactus, Christianos invitat (Cap. 6) ad poenitentiam, cujus et partes singulas qualitatesque oculis subjicit. Adjungit fore ut Christus eorum lacrymis nec non matris Ecclesiae precibus motus, ad eos accedat spiritalem resurrectionem operaturus, cujus formam in Lazaro exstitisse memorat (Cap. 7). Suscitationem ejus sicut et convivium, cui una cum Domino idem interfuit, contra Novatianos

připojuje i jiné popudy vzaté z jejich zásad a zvyků (kap. 8); hned přistupujíc k jiným námitkám a nejvíce se zdržuje u vyvracení toho, s čím se vtírali ohledně hříchu k smrti (kap. 10). Ukazuje, že pravověrná nauka je jasně prohlašována Janem Evangelistou (kap. 11) a jejich jalové odpovědi zcela vyvrací (kap. 12). Nakonec předkládá nejsilnější argument potvrzující katolické učení z události Korint'ana, který byl Pavlem odloučen a potom navrácen k účasti na svátostech (kap. 13 a násl.).

V druhé knize (kap. 1) potom učí, že pokání je třeba konat horlivě ale také zrale a útočí na dvě hlavní záštity novaciánů. První je jejich odvolávání se na slova Apoštola, že ti, kteří odpadají, nemohou být obnoveni k pokání (kap. 2 a 3); druhou si vypůjčovali z Matoušova evangelia<sup>4</sup>, kde se říká, že hřích proti Duchu svatému se neodpouští ani v tomto ani v budoucím věku (kap. 4). Obojí obtíž však (Ambrož) vysvětluje a rozřešuje silou argumentů, která při řešení těchto otázek osvětlila zrak téměř všem pozdějším teologům, jak jsme si toho všimli na svém místě. Svědčí ostatně, že hříšníci jsou novaciány přiváděni k opakování křtu (kap. 5, č. 36), aby jeho přijetím dosáhli tu milost, kterou (vykonáváním) skutků pokání (de facto) zamítali; zatímco Apoštolové nám naopak vždy slibovali odpuštění hříchů. Odsud naleznuvše příležitost pobádá křesťany k pokání (kap. 6) a staví (nám) před oči jeho jednotlivé části i vlastnosti. Dodává, že Kristus bude slzami kajících i prosbami matky Církve pohnut tak, že k nim přistoupí, aby je duchovně vzkřísil, což bylo naznačeno vzkříšením Lazara (kap. 7) a také hostinou, které se pak Lazar spolu s Pánem účastnil. To vše posiluje odsouzení novaciánů, k čemuž je znovu užit příklad milosti, kterou

<sup>4</sup> Migneho poznámka omylem uvádí evangelium Janovo, ale jde o citát z Mt 12,31n – viz začátek 4. kap. 2. knihy (pozn. překl.).

propositum confirmat, veniae qua Corinthium donavit Paulus, exemplo iterum adhibito. Sub haec oculos in se ipse reflectens (Cap. 8, num 67 et seq.), ut sibi detur et a commissis propriis absolutio, et commiseratio in alienis, quanta maxima potest animi submissione deum precatur. Ad ultimum excussis quae circa poenitentiam obrepere solent, vitiis (Cap. 9 et seq.), et praemonstrata quae in aligendo ad publicam poenitentiam tempore observanda sit, cautione, librum absolvit.

Porro quod ad tempus hujus operis, nobis videmur illud non incommode ex locis duobus inter se comparatis colligere posse, nimirum ex illis verbis, de Poenitentia duos jam dudum scripsi libellos, quae in Expositione psalmi XXXVII quam anno 393 scriptam ostendimus (Num. 1), habentur; et ex eo quod ait commentationis hujus lib. II: Peccamus et nos seniores (Cap. 8. num. 74), maxime vero e superioribus istis, Ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi (Num 73). Etenim cum hoc ultimo loco publicum laborem, ac nemini non notum designari dubium non sit, eum de certamine vel in Justinam Arianorum antesignanam, vel in Symmachum idolorum propugnatorem suscepto oportet intelligi. Quapropter intermedium aliquem annum eidem huic operi assignandum constat, forte 384; fit enim ea ratione ut vertente 393, Vir sanctus dicere potuerit, Jam dudum scripsi.

Ultima haec verba satis aperiunt cuinam auctori tribuenda sit ea commentatio: sed quod in ejusdem lib. II raptum se a tribunalibus, ac pro Ecclesia laborem suscepisse loquitur, hoc tam Ambrosianum est, ut Petrum Sotum (Lib. Inst. Sacerd. de Necess. Confess. Lect. 9) vehementer miremur id operis Doctori nostro ereptum voluisse propter eos locos, quibus ut eidem ipsi ascribatur, persuaderi nemo non debeat. Sed ejus rationes, si tanti erunt, suo tempore discutiemus.

Pavel udělil Korint'anovi. Potom obrací (Ambrož) oči na sebe samého (kap. 8, č. 67 a dále), aby mu bylo dáno i odpuštění vlastních hříchů i soucit s jinými, a prosí Boha s co největší ponížeností duše. Nakonec zamítá chyby, které se při pokání častokrát vplíží (kap. 9. a násl.) a zakončuje knihu poukázáním na opatrnost, která má být při veřejném pokání zachovávána.

A co se nám zdá ohledně času (sepsání) tohoto díla, to se vhodně předpokládá z dvou navzájem porovnaných míst. Totiž z oněch slov, že o pokání „jsem už dávno napsal dvě knížky“, na která jsme už upozornili ve výkladu na žalm 37, jenž byl, jak jsme ukázali, napsán r. 393.<sup>5</sup> A pak z toho, co poznamenává v této druhé knize, že: „Hřešíme i my staří.“ (kap. 8. č. 74). Nejvíce však z oněch slov, jež předcházejí: „Já jsem už jakési útrapy pro svatou Církev podstoupil.“ (č. 73). Není pochyb, že na tomto posledním místě se mluví o útrapách veřejných, a ne nějakých neznámých. Je třeba tomu rozumět tak, že je řeč buďto o zápase proti (císařovně) Justýně vůdkyni ariánů nebo proti Symmachovi obráncovi model. A proto tomuto dílu přísluší připisovat některý rok tohoto období, snad 384; totiž kvůli tomu, aby světec mohl s ohledem na r. 393 říci „již dávno jsem napsal“.

Tato poslední slova dostatečně objasňují, jakému autorovi má být ona poznámka připisována. To, co čteme v téže 2. knize, že byl vzat od soudu a podstoupil útrapy pro Církev, to je natolik ambroziánské, že se rázně podívme Petru Sotovi (Kniha ustanovení kněží O nutnosti zpovědi, čtení 9), že chtěl našeho učitele tohoto díla zbavit právě kvůli tomu místu, jímž je mu také připisováno, což nikoho nemůže přesvědčit. Ale jeho námitky, budou-li toho hodny, budeme

<sup>5</sup> Viz PL 14.1009 (pozn. překl.).

Hic autem id unum adjiciemus, August. eosdem libros tamquam vere Ambros. iterum ac tertio citantis (Lib. de Peccat. orig. cap. 31, lib. II. cont. Julian. cap. 3 et 9, et lib IV. contra duas Epist. Pelag. cap. 11). vel solam auctoritatem praestare conjecturis omnibus, quae quantum imponere soleant etiam doctis, in memorato theologo exemplum exstat. Verum majori haud dubie in culpa fuit Rivetus (Critic. sac. lib. III, cap. 16), qui relatis Soti argumentis, opposita maligne tacuerit. Hujus silentii in opere quo censura hujusmodi librorum promittitur, causam pervidere arduum non est. Vix enim alibi clarius a Christo Ecclesiae tradita peccatorum dimittendorum auctoritas, necessitas eorumdem confitendorum, ac tandem bonorum operum corporisque castigationum meritum manifestantur.

**Sancti Ambrosii  
Mediolanensis episcopi  
De poenitentia,  
libri duo. <sup>6</sup>**

**Caput primum**

*Moderationis laus. Quam neccessaria sit ea virtus praefectis Ecclesiae, potissimum Dominicae charitatis ac mansuetudinis exemplo demonstrari. Ab hac ergo cum desciverint Novatiani, eos pro Christi discipulis habendos non esse: quorum superbia et inclementia castigatur.*

řešit ve svém čase. Zde však jen dodáme, že Augustin tyto knihy jakožto skutečně Ambrožovy cituje až třikrát (Kniha o prvotním hříchu. kap. 31; 2. kniha Proti Julianovi, kap. 3 a 9; a 4. kniha Proti dvěma listům Pelagia, kap. 11.). A on je přeci tím nejpovolanějším, kdo otázku Ambrožova autorství může rozhodovat, ať už jako teologická autorita nebo pro své úzké spojení s autorem. Nemenší pochybnost pravda měl Rivetus (Kritika posvátných kniha III, kap. 16), který předložil důvody uvedené Sotem a o protiargumentech nesprávně pomlčel. Příčinu tohoto mlčení v knize, která podléhala cenzuře, není těžko se domyslet. Sotva totiž jsou jinde (než v těchto Ambrožových dvou knihách o pokání) jasněji ukázány pravdy tradované Kristovou Církví: moc odpouštět hříchy, nutnost je vyznávat, a taktéž záslužnost dobrých skutků a umrtvování těla.

**Sv. Ambrož  
biskup milánský  
O pokání  
knihy dvě<sup>7</sup>**

**Kapitola první**

*Chvála uměřenosti. Jak je tato ctnost potřebná pro představené Církve, to se ukazuje nejvíce příkladem Pánovy lásky a vlídnosti. A protože od té se nováciáni odchýlili, není správné je pokládat za Kristovy učedníky. Kárá se jejich pýcha a bezbožnost.*

<sup>6</sup> Scripti circ. ann. 384.

<sup>7</sup> Napsané kolem r. 384.



1. Si <sup>8</sup> virtutum finis ille est maximus, qui plurimorum spectat profectum, moderatio prope omnium pulcherrima est: quae ne ipsos quidem quos damnat, offendit; et quos damnaverit, dignos solet facere absolute. Denique sola est, quae Domini quaesitam sanguine Ecclesiam propagaverit, imitatrix beneficium coelestis, et redemptionis universorum salubri fine temperans, quem ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pavere animi.

2. Etenim qui studet humanae infirmitatis emendare vitia, ipsam infirmitatem suis debet sustinere, et <sup>11</sup> quodammodo pensare humeris (Luc. XV,5), non abjicere. Nam pastor ille Evangelicus lassam ovem vexisse legitur, non abjecisse. Et Salomon ait: *Noli justus esse nimium* (Eccl. VII,17); debet enim justitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum praebeat, quem fastidio habeas; qui contemptui se, non compassioni medico suo putet futurum?

3. Ideo Dominus Jesus compassus nobis est; ut ad se vocaret, non ut deterreret. Mitis venit, venit humilis. Denique ait: *Venita ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam* (Matth. XI,28). Reficit ergo Dominus Jesus, non excludit, neque abjicit: meritoque tales discipulos elegit, qui Dominicae voluntatis interpretes, plebem Dei colligerent, non repudiarent. Unde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro

1. Jestliže<sup>9</sup> nejhlavnějším cílem ctností je především ten, jenž se vztahuje na prospěch mnohých, pak ctností téměř nejkrásnější je mírnost,<sup>10</sup> která když i někoho odsuzuje, neuráží ho; a ty, které odsoudila, činí obvykle hodnými odpuštění. Ona rozšířila po světě Církev vydobytou Pánovou Krví, ona je napodobitelkou nebeského dobrodiní a usměrňuje vykoupení všech k spasitelnému cíli, aby ho lidské uši mohly snést, aby od něj mysl neutíkala a duch se nelekal.

2. Ten kdo se usiluje napravit chyby lidské slabosti, měl by tuto slabost nést a jaksi vyvažovat svými vlastními rameny (Lk 15,5), a ne (někoho) odvrhovat. Ani onen pastýř z Evangelia zesláblou ovci neodvrhl, ale nesl ji na ramenu. A Šalomoun říká: „*Nebud' příliš spravedlivý.*“ (Kaz 7,17). Spravedlnost totiž má být zmírňována uměřeností. Nechá se snad tebou léčit člověk, nad nějž se povyšuješ a který od lékaře na místo soucitu očekává opovržení?

3. A opravdu Pán Ježíš trpěl spolu s námi, aby nás volal k sobě, ne aby nás děsil. Přišel tichý, přišel ponížen. Ostatně sám říká: „*Pojďte ke mně všichni, kdo se namáháte a jste obtíženi, a já vás občerstvím.*“ (Mt 11,28). Pán Ježíš tedy občerstvuje, nevylučuje, neodvrhuje; a ne bez důvodu si vyvolil takové učedníky, kteří by byli zprostředkovateli Pánovy vůle a stmelovali jeho lid, ne ho rozháněli. Z čehož je zřejmé, že mezi Kristovy učedníky nenáleží ti, kteří místo

---

<sup>8</sup> Sub col. 465, not b: Codex Germ. unus an. cir. 800 ita incipit: *Quando nos Deus terret, non frangere vult, sed punire non vult. Ait quidam psalmus: Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Arcus enim quando intenditur, quantum retrorsum manus reducitur, tanto ictus vehementior concitatur: sic et minae Dei tento gravius veniunt, quanto diutius differuntur. Tamen misericordiae est cum differtur, ut poenitens sanetur, sanatus non damnetur. Apostolum audi: An divitias bonitatis ejus longanimiter contemnis? Ignoras quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit! Sed ut possimus vitia nostrae infirmitatis emendare, etc. Alii cod. atque edit. sibi consentiunt invicem, nisi quod in illorum nonnullis habetur. Si vatum finis. Et infra, pro redemptionis universorum, in uno legitur, redemptoris, in duobus redemptione universorum. Et pro salubri fine temperans; in quibusdam, salubri finis et temperans; in aliis salubris fine et temperans.*

<sup>9</sup> Jeden německý kodex z období kolem r. 800 začíná takto: *Když nás Bůh děsí, chce nás trestat, ale ne zlomit. Kterýsi žalm říká: Těm kdo se tě bojí jsi dal znamení, aby unikly před lukem. Luk totiž když se napíná, nakolik se ruka natáhne zpět, o to prudčeji se šíp vystřelí. Tak je to i s Božími hrozbami: doléhají tím těžej, čím déle jsou odkládány. A přece, když jsou odkládány, je to z milosrdenství, aby kající byl uzdraven, a uzdravený nebyl odsouzen. Slyš Apoštola: Nebo snad pohrdáš trpělivostí jeho dobroty? Nevíš, že dobrota Boží tě vede k pokání! Ale (k takovému pokání), abychom mohli napravit chyby naší slabosti. atd. Ostatní kodexy a vydání se mezi sebou až na drobnosti shodují.*

<sup>10</sup> Neboli uměřenost (pozn. překl.).

<sup>11</sup> Sub col. 465, not c: Mss. tres, *quodquo modo vensare; Clar., quodammodo pausare.*

mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: et cum ipsi quaerant Domini misericordiam, aliis eam denegant; ut sunt doctores Novatianorum, qui mundos se appellant.<sup>12</sup>

4. Quid his superbius, cum Scriptura dicat: *quia nemo mundus a peccato, nec unius diei infans* (Job. XIV,4); et David clamat: *A delicto meo munda me* (Psal. L,2)? Sanctiores isti quam David, de cujus naci familia Christus incarnationis elegit mysterio, cujus posteritas<sup>14</sup> aula coelestis est, utero virginali suscipiens mundi Redemptorem? Quid autem durius, quam ut indicant poenitentiam, quam non relaxent; cum utique veniam negando, incentivum auferant poenitentiae? Nemo enim potest bene agere poenitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam.

## Caput II.

*Quod Novatiani ducunt se non nisi lapsis negare communionem, hoc neque cum Scriptura, neque cum sua ipsorum doctrina congruere: quod vero divinae potestatis reverentiam praetexunt, eos hoc ipso in illam esse injurios; cum is injuriam inferat, qui creditum sibi munus aut ejus partem nolit exercere: coeterum ligandi et solvendi jus quod hoeresi non potest attribui,*

mírnosti považují za hodnou následování tvrdost a místo poníženosti pýchu, a zatímco sami vyhledávají Pánovo milosrdenství, jiným ho odmítají, jako jsou novaciánští učitelé, kteří sami sebe nazývají čistými.<sup>13</sup>

4. Co je pyšnějšího než oni. Vždyť Písmo říká: „*Nikdo není čistým od hříchu, ani jednodenní dítě.*“ (Job 14,4). A David volá: „*Očist mne od mého hříchu.*“ (Ž 50,2). Jsou snad oni světlejší než David, z jehož rodiny se skrze tajemství vtělení a panenské lůno přijímající Vykupitele světa chtěl narodit Kristus, jehož potomstvem jsou nebeští dvořané? Co je však tvrdšího než to, že vyhlašují pokání, které nerozvazují,<sup>15</sup> protože popíráním milosti naprosto odnímají to co k pokání pobízí? Nikdo totiž nemůže dobře konat pokání, jestliže nepřijme naději na odpuštění.

## Kapitola druhá

*Tvrzení novaciánů, že jedině odpadlíkům má být odmítnuto přijímání, se neshoduje ani s Písmem ani s jejich vlastní naukou. Tím že omezují důstojnost Boží moci, dopouštějí se proti ní bezpráví, protože bezpráví působí ten, kdo odmítá vykonávat úřad sobě svěřený nebo jeho část. Ostatně právo svazovat a rozvazovat, které nemůže být připisováno herezi, je vhodně*

<sup>12</sup> Sub col. 466 not. d: Novatianos ut se a Catholicis, quos pro immundis habebant distinguerent, „Katharos“ appellationem sibi arrogasse auctores sunt Eusebius lib. IV Hist. Eccl. cap. 23, Epiphanius Haeres 79, Augustinus De Haeres. 38, Theodoretus lib. III. Haeret. Fab. et alii: quos inter festive admodum in eos August. lib. de Agone Christ. cap. 2 ita ludit: *Qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius, quam mundos vocarent.* Idem illi catholicos, ut ex Cypriano, Paciano, Augustino, multisque aliis discere est, nuncupabant *Apostaticos* et *Capitolino*: quod iis qui in Capitolio Jovi libaverant, communicarent: et ab his vicissim appellabantur *Montenses*, sive ab aliquo loco ita vocato, sive propterea quod Novatus studuisset Felicissimo, qui ut ex Cypr. epist. 41. discimus, in montem cum suis secesserat: dicebantur etiam *scaevae*, forte non ab aliud nisi quod cum potestate ligandi peccata uterentur, non autem solvendi, eos quodammodo imitarentur, qui, omissa dextera, laevam solam ad ministerium adhibent. Vide Conc. Lab. tom II, pag. 951.

<sup>13</sup> Eusebius v 4. knize církevních dějin, kap. 23; Epifanius Haeres. 79; Augustin O Herezích 38; Theodoretus 3. kniha Haeret. Fab. a jiní říkají, že Novaciáni si přisvojili označení „Kataroi“ (čistí), aby se odlišili od katolíků, které pokládali za nečisté. Augustin se jim v knize o zápase Kristově, kap. 2 vysmívá takto: „*Kteřížto, kdyby chtěli pochopit své jméno, nazývali by se raději světskými než čistými.*“ Oni zase katolíky, jak se dozvídáme od Cypriána, Paciána, Augustina a mnoha jiných, označovali jako *apoštolské a kapitolíny*: protože udělovali přijímání těm, kteří vykonali úlitby na Jovově Kapitolu. Na oplátku byli zase jimi nazýváni *Montenses* (mons - hora) buďto podle nějakého místa, které se takto jmenovalo, anebo proto, že Novátus podporoval Felicissima, který, jak víme od Cypriána, list 41, se se svými lidmi uchyloval do hor. Také byli nazýváni *skévové* („scaevus“ – levý, nepravý), zřejmě ne pro nic jiného než proto, že když užívali moc svazovat hříchy, nikoli však je rozvazovat, jaksi tím napodobovali ty, kteří zapomenuvši na pravici užívají k práci jenom levou ruku.

<sup>14</sup> Sub col. 466 not. e: Ita vet. edit. ac plures mss.; at Rom. edit. cum aliis, *aula coelestis est uterus virginis*; mss., *virginalis*,

<sup>15</sup> Tj. nenabízejí naději na ukončení pokání znovupřijetím ke svátostem, viz dále (pozn. překl.).

*pulchre vindicari ab Ecclesia, quippe quae Spiritu sancto id acceperit, in quem isti superbe agunt.*

5. Sed negant his oportere reddi communionem, qui praevaricatione lapsi sunt. Si unum tantum crimen exciperent sacrilegii, cui veniam negarent, dure quidem, sed tamen divinis tantum redargui viderentur sententiis, assertionibus tamen suis convenirent; Dominus enim crimen nullum excipit, qui peccata donavit omnia. At cum <sup>16</sup> omnia peccata Stoicorum quodam more paribus putent aestimanda mensuris, et aequae eum qui gallum, ut aiunt, gallinaceum, atque illum qui patrem suffocaverit, perpetuo asserant coelestibus abdicandos mysteriis; quomodo unius criminis objiciunt reos, <sup>17</sup> cum indignissimum esse non possint etiam ipsi negare, ut paucorum poena perveniat ad multos?

6. [*Alias cap. II.*] Sed aiunt se Domino deferre reverentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reservent. Immo nulli majorem injuriam faciunt, <sup>18</sup> quam qui ejus volunt mandata rescindere, commissum munus refundere. Nam cum ipse in Evangelio suo dixit Dominus Jesus: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis: et*

*připisováno Církvi, která ho přijala skrze Ducha svatého, proti němuž se tamti pyšně stavějí.*

5. Oni ale popírají, že se sluší znovu udělit přijímání těm, kteří upadli skrze zpronevěru. Kdyby si vybrali jenom samotný zločin svatokrádeže, kterému by odmítali milost, což je zajisté tvrdé, zdálo by se, že odporují pouze Božím výrokům a neprotiřečí aspoň svým vlastním tvrzením. Pán totiž nevyňal žádný zločin. On odpouštěl všechny hříchy. A když si podle obyčeje stoiků myslí, že všechny hříchy mají být stavěny na jednu roveň, a že od nebeských tajemství má být trvale vyloučen stejně tak ten, kdo zardousil domácího kohouta, jako ten, kdo zardousil otce, proč tedy předhazují (jako neodpustitelný) zločin odpadlictví, když ani sami nemohou popřít, že je nanejvýš nevhodné, aby trest nemnohých přešel na mnohé?

6. Říkají ale, že tím dodávají důstojnost Pánu, jemuž jedinému moc odpouštět hříchy vyhrazují. Nikoliv, nikdo nečiní větší bezpráví než ti, kdo chtějí zrušit jeho nařízení a promrhát svěřený dar. Vždyť když Pán Ježíš ve svém Evangelii sám říká: „*Přijměte Ducha svatého, komu hříchy odpustíte, tomu budou odpuštěny, a komu je zadržíte, budou zadrženy.*“ (J 20,22-23),

---

<sup>16</sup> Sub col. 467 not. a: Forte an pugnare inter se videantur, quod hic dicuntur omnia peccata aequalia esse Novationis, et quod infra iidem referuntur manifestum discrimen inter graviores ac leviores culpas inducere. Verum ibidem non obscure indicat S. Doctor eam quod istie memorat responsonem, posteriorum esse Novatianorum: antiquiores autem de peccatorum paritate illud sensisse, quod hic traditur. Satis tamen probabile est Novatianum primo insinulatum quasi paria faceret quaelibet peccata, eo quod libellaticos aequae a reconciliatione excluderet ac thurificatores, tum doctrinae suae consequentia inductum peccatorum differentiam omnem rejecisse, tum etiam ut objectionem illam eluderet, qua ad poenitentiam, quae lapsis ab eo denegabatur, adulteros admittere arguebatur a Cypriano: cum vero aequalitas illa criminum secutis temporibus nimis odiosam redderet eandem sectam, recentiores illius professores eb eo dogmate duxisse recedendum. Quod porro ad exemplum a parentis et gallinacei nece petitum, illud ipsum proponitur a M. Tullio in Orat. pro L. Murena, et aliud de patris etiam ac servi caede in Paradoxo 3. Sed hic non satis sibi constare videtur ipse Cicero; nam cum peccatorum aequalitatem ibi defendat, confiteri tamen cogitur, eum qui patrem occiderit, multa peccare. Merito igitur de hac opinione Stoicorum Horatius:

Queis paria esse fere placuit peccata, laborent  
Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.

Et infra:

Nec vincet ratio hoc, tantumdem ac peccet idemque,

Qui teneros caules alieni fregerit horti,

Et qui nocturnus divum sacra legerit, etc.

<sup>17</sup> Sub col. 468 not. b: Horum verborum quae paulo intricatiora sunt, hic ordo est: *cum ipsi etiam negare non possint indignissimum esse, ut paucorum, lapsorum scilicet, poena perveniat ad multos, nempe ad quorum eumque criminum reos.*

<sup>18</sup> Sub col. 468, not. c: Rom edit. sola, *quam ei cujus volunt.* Male, cum antecedens *nulli* non in tertio singulari casu, sed in primo plurali positum sit, ut clarum erit examinanti.

*quorum detinueritis, detenta erunt* (Joan. XX,22,23): quis est ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit?

7. Ecclesia in utroque servat obedientiam, ut peccatum et alliget et relaxet: haeresis in altero immitis, in altero inobediens; vult ligare, quod non resolvat: non vult solvere, quod ligavit; in quo <sup>19</sup> se sua damnat sententia. Dominus enim par jus et solvendi esse voluit et ligandi, qui utrumque pari conditione permisit. Ergo qui solvendi jus non habet, nec ligandi habet. <sup>20</sup> Sicut enim secundum Dominicam sententiam, qui ligandi jus habet, et solvendi habet: ita istorum assertio se ipsam strangulat; ut quia solvendi sibi jus negant, negare debeant et ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterum non licere?

<sup>21</sup> Quibus donatum utrumque est, aut utrumque licere manifestum est, aut utrumque non licere certum est. Ecclesiae utrumque licet, haeresi utrumque non licet; jus enim hoc solis permissum sacerdotibus est. Recte igitur hoc Ecclesia vindicat, <sup>22</sup> quae veros sacerdotes habet: haeresis vindicare non potest, quae sacerdotes Dei non habet. Non vindicando autem ipsa de se pronuntiat, quod cum sacerdotes non habeat, jus sibi vindicare non debeat sacerdotale. Ita impudenti contumacia pudentem cernimus confessionem.

kdo ho tedy více ctí, ten, kdo jeho přikázání poslouchá, anebo ten, kdo jim odporuje?

7. Církev zachovává poslušnost v obojím, že hřích i svazuje i rozvazuje.<sup>23</sup> Hereze je v obojím nevlídná, v obojím neposlušná. Chce svazovat to, co nerozvazuje. Nechce rozvázat to, co svázala. Tím se sami odsuzují svým vlastním tvrzením. Pán totiž chtěl, aby právo svazovat a rozvazovat bylo rovné a obojí svěřil téže podmínce. Kdo tedy nemá právo rozvazovat, nemá ani právo svazovat. Jelikož tedy podle Pánova výroku ten, kdo má právo svazovat, má i právo rozvazovat, tvrzení těchto (novaciánů) škrťí samo sebe. Aby popřeli, že mají právo rozvazovat, jsou povinni popřít i své právo svazovat. Jak tedy může jedno být dovoleno a druhé ne? Těm, jimž bylo obojí dáno, buďto obojí zjevně přísluší, anebo obojí zajisté nepřisluší. Církvi obojí přísluší, herezi obojí nepřisluší. Toto právo bylo totiž přislíbeno jen samotným kněžím. Správně si ho tedy nárokuje Církev, která má pravé kněze. Hereze si ho nárokovat nemůže, ona totiž kněze Boha nemá. A tím, že si ho nenárokuje, sama o sobě prohlašuje, že jelikož nemá kněze, nenáleží jí nárokovat si kněžské právo.<sup>24</sup> A tak skrze hanebnou vzdorovitost vidíme počestné vyznání (pravdy).

<sup>19</sup> Sub col. 468, not. d: Mss aliquot, *se suamque damnat sententiam*. Minus commode.

<sup>20</sup> Sub col. 468, not. e: *Sicut enim.... et solvendi habet*, in mss. Laud., Sorb. et Mich. desiderantur, sensu nihilo deteriori

<sup>21</sup> Sub col. 468, not f: Ita Gill. ac mss. omnes praeter Albin. duos, ubi legitur: *Quibus donatum utrumque est, et utrumque licere certum est. Ecclesiae autem*, etc. Amerb. vero et Eras., *Si quibusdam datum utrumque est licere, aut utrumque non licere: certum est Ecclesiae utrumque licere, haeresi utrumque non licere*. At Rom. edit sola, *Quibus datum, utrumque est licere: at quibus non datum utrumque non licere certum est*, etc., ut Amber.

<sup>22</sup> Sub col. 468, not. g: Edit. ult. Paris., *quae verus Sacerdos habet*. Paucis vero interjectis pro *sacerdotes Dei*. Rom. edit. cum mss. duobus habet, *sacerdotes veros*. Hoc autem loco Ambrosius in adversariorum suppositione disputans nihil aliud docet, nisi sacerdotales actus episcoporum presbyterorumve Novatianorum illicitos esse; validam enim ipsorum exstitisse ordinationem Patres Conc. Nisaeni can. 8, non obscure significarunt; quandoquidem clericis omnibus ab eadem haeresi ad Ecclesiam redeuntibus gradum suum atque ordinem decreavit conservandum. Sic ergo sacerdotes haeticorum veri negantur, ut vulgo negamus verum esse regem, qui non legitime utitur sua potestate.

<sup>23</sup> Svázáním hřichu se tu rozumí ta první fáze svátostného pokání, ve které kajícník vyznal knězi hřích a kněz kajícníka přijal a zařadil do některého ze stupňů kajících a určil mu, jak dlouho má dané pokání konat. Až po tomto vykonání pokání byly hřichy „rozvázány“ tedy rozhrěšeny a bylo mu dovoleno přistoupit ke svátostem a stal se tak opět plnohodnotným členem Církve (pozn. překl.).

<sup>24</sup> Na tomto místě Ambrož polemizující s postojem protivníků neučí nic jiného než to, že kněžské úkony novaciánských biskupů nebo kněží jsou nedovolené. Otcové nicejského sněmu v 8. kánonu totiž zjevně stanovili, že jejich svěcení je platné. Kněží heretiků jsou však označováni za nepravé kněze tak, jako veřejně říkáme, že není pravým král, který užívá své moci nelegitimně.

8. Specta etiam illud, quoniam qui Spiritum sanctum accepit, et solvendi peccati potestatem et ligandi accepit. Sic enim scriptum est: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittantur: et quorum detinueritis, detenta erunt* (Joan XX,22,23). Ergo qui solvere non potest peccatum, non habet Spiritum sanctum. Munus Spiritus sancti est officium sacerdotis, jus autem Spiritus sancti in solvendis ligandisque criminibus est; quomodo igitur munus ejus vindicant, de cujus diffidunt jure et potestate?

9. Quid! quod insolentiores sunt. Nam cum ad misericordiam promptior quam ad severitatem sit Spiritus Dei; quod ait se velle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt; cum vindicare judicis sit, remittere misericordis. Tolerabilius igitur, Novatiane, remitteres, quam ligares; aliud enim quasi <sup>25</sup> delinquendi parcus usurpares, aliud quasi aerumnae compassus ignosceres.

### Caput III.

*Iisdem Novatianis veniam gravioribus tantum criminibus abs se denegari opponentibus, respondet S. Doctor hac sententia ab illis sectae suae parentem rursus damnari, et offendi ipsummet Deum, qui peccatorum quorumlibet remittendorum fecit potestatem: sed majoribus delictis majorem quoque poenitentiam adhibendam esse. Adjicit autem ipsos in hoc perversos sese praeberere, quod hujusmodi culparum distinctio severitatis materiam Deo relinquat: cujus misericordiam in incarnatione Christi adeo mirabiliter emicantem imitari detrectant.*

10. Sed aiunt se, exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc

8. Pohled' také na to, že kdo přijal Ducha svatého, přijal také moc hřích i svazovat i rozsvazovat. Tak je totiž psáno: „*Přijměte Ducha svatého, komu hříchy odpustíte, tomu budou odpuštěny, a komu je zadržíte, budou zadrženy.*“ (J 20,22-23). Kdo tedy nemůže rozsvazovat hřích, nemá Ducha svatého. Kněžský úřad je (totiž) darem Ducha svatého, a (tato) moc Ducha svatého je v svazování a rozsvazování vin. Jakým způsobem si tedy nárokují úřad toho, jehož právu a moci nedůvěřují?

9. Co ale? Oni jsou ještě drzejší! Duch Boží je pohotovější k milosrdenství než k přísnosti. Avšak co On říká, že chce, to oni nechtějí, a co nechce, to oni činí. Vždyť vymáhat náleží soudci, ale odpouštět milosrdnému. Trpělivěji tedy, novaciáne, (raději) kdybys odpustil, než svazoval; něco bys hřešícímu opatrně připomenul a něco bys (mu) jako soucítící s (jeho) svízelem odpustil.

### Kapitola třetí

*Těmtýž novaciánům oponujícím tím, že milost odmítají jen těžším zločinům, odpovídá sv. učitel, že tímto tvrzením je jimi znovu odsuzován zakladatel jejich sekty a urážen samotný Bůh, který dal moc k odpouštění kterýchkoliv hříchů; že ale u větších provinění má být konáno také větší pokání. Dodává však, že oni sami se v tom ukazují natolik popletenými, že rozlišení materie tohoto druhu přenechávají přísnému Bohu, jehož milosrdenství tak velice zářící v Kristově vtělení odmítají napodobovat.*

10. Oni však říkají, že těžší zločiny odmítají a lehčím udílejí milost. Ne tak, pravda, původce vašeho bludu Novacián. On mínil, že pokání nemá být udíleno nikomu. Patrně (vězel v

<sup>25</sup> Sub col. 469, not. a: Amerb. et Eras., *delinquendi parces*; Gill. ac mss. non pauci, *delinquendi parte*; unus, *partem*; Rom. edit. ac reliqui cod., *delinquendi parcus*; excipite tamen Cistert. in quo *delinquenti parcere*.

quidem auctor vestri erroris <sup>26</sup> Novatianus, qui nemini poenitentiam dandam putavit; ea scilicet contemplatione, ut quod ipse non posset solvere, non ligaret; ne aligando sperari a se faceret solutionem. In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quae solvenda a vobis putetis, et quae sine remedio esse arbitremini: sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, et relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeraverit, exaggeret etiam poenitentiam; majora enim crimina <sup>27</sup> majoribus abluuntur fletibus. Ita nec Novatianus probatur, qui veniam interclusit omnibus: nec vos imitatores ejusdem et condemnatores; quia ibi minuitis studia poenitentiae, ubi augeri oportet; quia graviora peccata majoribus sustentanda fulcris docuit Christi misericordia.

11. Quae autem ista perversitas est, ut vobis vindicetis <sup>28</sup> possibilia concessu: Deo, ut ipsi dicitis, impossibilia reservetis? Hoc est sibi eligere causas ignoscendi, Deo materiam saevienti relinquere. Et ubi est illud: *Sit autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris* (Rom. III,4)? Ut agnoscamus igitur Deum misericordiae magis indulgentem esse, quam severitatis tenacem, ipse ait: *Misericordiam malo, quam sacrificium* (Ose. VI,6). Quomodo igitur vestrum potest acceptum esse sacrificium Deo, qui negatis misericordiam; cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris, sed correctionem (Ezech. XVIII,32)?

12. Cujus interpres Apostolus ait: *Quia Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis*

39. Ostatně Pán Ježíš chtěl zvelebit odpuštění našich hříchů, když mu Jan řekl: *„Já bych měl být pokřtěn od tebe, a ty přicházíš ke mně?“*; odpověděl: *„Nech to tak nyní, tak se totiž sluší, abychom naplnili veškerou spravedlnost.“* (Mt 3,14-15). Pán tedy přišel k hříšníkovi, zatím co sám hřích neměl, a chtěl být pokřtěn, ač neměl zapotřebí být očištěn. A vás kdo má snášet, když si myslíte, že nemáte zapotřebí být očištěni skrze pokání, neboť se nazýváte očištěnými skrze milost, jako byste (snad) už nemohli zhřešit?

### Kapitola devátá

*Porovnáním s podobnými místy dokazuje, že slova Písma: „Jestliže však člověk zhřeší proti Pánu, kdo se za něj bude modlit?“, neznamenají, že se za něj nikdo nemůže modlit, ale že je třeba hledat vhodného přímluvce, jakými byli Mojžíš a Jeremiáš, o nichž čteme, že jejich modlitbami Bůh odpustil Izraelskému národu.*

40. [Alias cop. VIII.] Sed dicitis: Scriptum est: *Si peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: si autem in Dominum peccaverit homo, quis orabit pro eo* (I Reg. II,25)? Primum, ut supra jam dixi, tunc te ista paterer objicere, si solis<sup>55</sup> praevaricantibus non relaxares poenitentiam. Tamen quid scrupuli ista affert quaestio? Non enim scriptum est: Nullus orabit pro eo: sed, *Quis orabit*, hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orare possit, quaeritur, non excluditur.

41. Denique habes in psalmo decimo quarto: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto suo* (Psal XIV,1)? Non enim nullus, sed probatus habitabit: nec hoc dicit quod nemo requiescat, sed requiescat electus. Ut scias hoc esse verum, non multo post in psalmo vigesimo tertio ait: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus* (Psal. XXIII,3)? id est, non quicumque de vulgo, nec plebeiae vilitatis aliquis; sed vitae egregiae, singularisque meriti. Et ut scias quia cum *quis* dicitur, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur, cum dixisset: *Quis ascendet in montem Domini?* subjecit: *Innocens manibus, et mundo corde, qui non accipit in vano animam suam* (Ibid., 4). Et alibi: *Quis sapiens, et intelliget haec* (Ose. XIV,10)? Numquid dicit quia nullus intelliget? Et in Evangelio: *Quis fidelis dispensator et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram* (Luc. XII,42)? Et ut comprehendas quia de eo dixit, qui utique est, non de eo qui non est, subjunxit: *Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem* (Ibid., 43). Et illud ita opinor dictum: *Deus, quis similis tibi* (Psal.

40. Ale říkáte: Je psáno: „*Jestliže zhřeší člověk proti člověku, budou se za něj modlit k Pánu, jestliže však člověk zhřeší proti Pánu, kdo se za něj bude modlit?*“ (1Sam 2,25). Zaprvé, jak jsem již výše řekl, byl bych přístupný tomu, že tohle namítáš, kdybys nepovoloval pokání pouze těm, kdo se zpronevěřují (zapřením víry). Avšak co přináší tahle skrupulózní otázka? Není totiž napsáno: „Nikdo se za něj nebude modlit“, ale „*Kdo se bude modlit?*“ To znamená, kdo je ten, který by se v oné záležitosti modlit mohl? Ptá se, nevylučuje.

41. Nakonec i v čtrnáctém žalmu máš: „*Pane, kdo bude přebývat v tvém stánku, nebo kdo spočine na jeho svaté hoře?*“ (Ž 14,1). Ne tedy žádný, nýbrž ten, kdo je osvědčen, tam bude přebývat. Neříká to, že tam nikdo nespočine, ale že tam spočine vyvolený. A abys věděl, že je to pravda, kousek dále, v žalmu dvacátém třetím říká: „*Kdo vystoupí na horu Pánovu, a kdo bude stát na jeho svatém místě?*“ (Ž 23,3). To znamená: ne kdokoliv z lidu, ani někdo obyčejný z lidu, ale člověk vynikajícího života a jedinečných zásluh. A abys věděl, že když se říká „*kdo?*“, nerozumí se tím „nikdo“, ale znamená to „někdo“, když řekl: „*Kdo vystoupí na horu Pánovu?*“, dodává: „*Člověk neposkvrněných rukou a čistého srdce, který svou duši nepřijímá naprázdno.*“ (v. 4). A jinde: „*Kdo je moudrý a porozumí tomu?*“ (Oz 14,10). Zdali tím snad říká, že neporozumí nikdo? A v Evangelio: „*Kdo je ten věrný a rozvážný správce, kterého Pán ustanoví nad svou čeledí, aby jim dával pokrm v pravý čas?*“ (Lk 12,42). A abys pochopil, že to řekl o tom, kdo jím opravdu je, ne o tom, kdo jím není, dodává: „*Blaženým je onen služebník, kterého Pán, když přijde, nalezne tak činícího.*“ (v. 43). A podobně je myslím řečeno: „*Bože, kdo je ti podoben?*“ (Ž

<sup>55</sup> Sub col. 479, not. e: Quod ait Ambrosius, *paterer*, non sic accipiendum, quasi hoc praevaricationis crimen irremissibile judicaverit, cum tota hac lucubratione probet contrarium; sed concedit id unum, nempe illos verba Evangelistae plausibiliiori quadam veritatis specie usurpaturos, si intra praevaricationis limites se continerent.

LXXXII,1)? non utique nullus; quia imago Patris Filius est (Hebr. I,3).

42. Similiter igitur accipiendum: *Quis orabit pro eo* (I Reg. II,25)? hoc est, singularis vitae aliquis debet orare pro eo, qui peccavit in Dominum. Quo major culpa, eo major sunt quaerenda suffragia. Non enim quicumque de vulgo pro Judaeorum populo, sed Moyses rogavit, quando vituli caput fidei immemores adoraverunt (Exod. XXXII,31). Numquid erravit Moyses? Atqui non erravit, qui quod rogavit, et meruit et impetravit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando se objecit pro populo, dicens: *Et nunc si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro vitae* (Ibid., 32)? Vides quia non tamquam deliciosus intercessor, et fastidii plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat, quod Novatianus metuere se dicit: sed magis omnium memor, sui immemor, offendere non timebat ipse, ut plebem ab offensionis periculo exueret et liberaret.

43. Merito ergo scriptum est: *Quis orabit pro eo?* hoc est, talis qualis Moyses, qui se offerat pro peccantibus: talis qualis Hieremias, <sup>56</sup> cui prophetae cum esset dictum a Domino Deo nostro: *Noli orare pro populo isto* (Jerem. VII.16); tamen oravit, et veniam meruit. Denique intercessione prophetica, et obsecratione tanti vatis inflexus Dominus dicit ad Hierusalem; <sup>57</sup> quoniam ea quoque poenitentiam pro delictis egerat, dicens: *Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, et spiritus anxius clamat ad te: audi, Domine, et miserere* (Baruch. III,1,2). Et jubet luctus vestimenta deponi, et abjici gemitus poenitentiae; sic enim scriptum est in fine libri: *Exue te, Hierusalem, stola luctus et vexationis tuae, et indue te decorem ejus, quae a*

82,1). Ne zajisté „nikdo“, protože obrazem Otce je Syn (Žid 1,3).

42. Podobně tedy má být chápáno ono: „*Kdo se za něj bude modlit?*“ (1Sam 2,25). To jest, je třeba, aby se za toho, kdo zhřešil proti Pánu, modlil člověk výjimečného života. Kde je větší vina, tam mají být vyhledávány silnější přímluvné hlasy. Za židovský lid, když tehdy sklonili hlavu před teletem a nepamatovali na věrnost (Hospodinu), se totiž nemodlil kdokoliv z národa, ale Mojžíš (Ex 32,31). Zdali snad zbloudil i Mojžíš? Ne, on nezbloudil, on si naopak zasloužil to, oč prosil, a také to obdržel. A jak by také takové přičinění nedosáhlo (vyslyšení), když sám sebe nabízí za lid říká: „*A nyní, jestliže jim odpouštíš hřích, odpust, ne-li však, vymaž mne z knihy života!*“ (Ex 32,32). Vidíš, že neradil jako nějaký rozkošnický přímluvce plný přesycenosti ve svůj prospěch, ani nepřivolával odsouzení, jako novacián, který se obává o sebe, nýbrž spíše pamatoval na ostatní zapomínaje na sebe. Sám se odsouzení nebojí, jen aby lid zbavil nebezpečí odsouzení a vysvobodil.

43. Správně je tedy psáno: „*Kdo se za něj bude modlit?*“, to znamená takový jako Mojžíš, který se za hřešící obětuje. Takový jako prorok Jeremiáš, jemuž když bylo řečeno od Pána našeho Boha: „*Nemodli se za tento lid.*“ (Jer 7,16), přece se modlil, a zasloužil milost. Nakonec Pán nakloněn prorockým přímlouváním a žadoněním tak velkého vidoucího mluví k Jeruzalému, protože ten také už činil pokání za (svá) provinění, říká: „*Pane, všemohoucí, Bože Izraele, duše v úzkostech, a duch sevřen volá k tobě: slyš, Pane, a smiluj se.*“ (Bar 3,1-2). A přikazuje odložit smuteční šat a zanechat kajícího nářku, jak je to napsáno v závěru knihy: „*Odlož, Jeruzaléme, roucho*

<sup>56</sup> Sub col. 480, not. a: Mss. nonnulli, *cui cum propheticum esset dictum.*

<sup>57</sup> Sub col. 480, not. b: Clarom. codex solus, *quoniam ea quoque poenitentia pro delictis erat.*

*Deo data est tibi gloria in aeternum* (Baruch. V,1).

*smutku a trápení a navěky se oblékni důstojností slávy od Boha.*“ (Bar 5,1).

### Caput X.

*Joannem non absolute ac simpliciter prohibuisse ne pro sordibus peccati ad mortem fieret oratio; cum pro similibus Moysen, Jeremiam ac Stephanum orasse non ignoraverit; et ipse quoque iisdem veniam significaverit non denegandam.*

44. [*Alias cap. IX.*] Tales igitur deprecatores in delictis maximis sunt requirendi; nam si quicumque de populo orent, non exaudiuntur.

45. Unde nec illa quaestio vestra quidquam poterit afferre ponderis, quam sumitis de epistola Joannis dicentis: *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabit illi vitam Deus; quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico, ut oret* (I Joan. V,16); non enim ad Moysen et Hieremiam loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorem<sup>58</sup> alium precatorem deberet adhibere: cui satis est si pro levioribus delictis Deum precetur, graviorum veniam<sup>59</sup> justorum orationibus reservandam putet. Nam quomodo Joannes diceret non orandum pro delicto

### Kapitola desátá

*Že Jan nezakázal zcela a prostě konat modlitbu za provinilé hříchem k smrti; když sám věděl, že se za podobné modlili i Mojžíš, Jeremiáš a Štěpán; a sám také naznačoval, že jim nemá být odmítána milost.*

44. Takoví přímluvci mají být tedy vyhledávání v (záležitosti těch) největších provinění, neboť jestliže by se modlili kteříkoliv z lidu, nejsou vyslyšeni.

45. A proto nemůže způsobovat žádnou obtíž ani ona vaše otázka, kterou berete ze slov Janova listu: „*Kdo ví, že jeho bratr hřeší hříchem, který není k smrti, ať se (za něj) modlí, a Bůh mu daruje život; neboť nehřeší k smrti. Je ovšem i hřích k smrti, za něj neříkám, aby se modlil.*“ (1J 5,16). Nemluvil totiž k Mojžíšovi a Jeremiášovi, ale k (prostému) lidu, který si měl přibírat jako modlitebníka za své hříchy (někoho) jiného. A pro takového (modlitebníka) je dost, kdyby Boha prosil za lehčí provinění. Myslí však, že odpuštění těžších má být přenecháno modlitbám spravedlivých.<sup>60</sup> Vždyť jak by Jan (mohl) říkat,

<sup>58</sup> Sub col. 480, not. c: Quidam mss., *alium propitiatorem*.

<sup>59</sup> Sub col. 480, not. d: Quaeras fortasse quidnam hoc loco per vocem *justorum* significetur? Ut autem facilius id intelligas, adverte non de quibuslibet justis eam accipi posse; cum non dubium sit quin in populo tales fuerint multi, quibus tamen nihil aliud nisi ut pro levioribus culpulis veniam oratione sua mutuo impetrent, concessum tradit beatus Doctor. Itaque vel intelligendi veniunt insigniter justí, quales fuere prophetae ac martyres in Moyse, Jeremia, atque Stephano hic designati: vel saltem soli sacerdotes, qui et ipsi sub prophetarum persona adumbrari solent. Non est sane in controverso Ambrosium alludere ad Jacobi locum: *Confitemini alterutrum*, id est, alii aliis, *peccata vestra... multum enim valet deprecatio justí assidua*; quibus verbis peccata sacerdotibus confitendi praeceptum contineri plurimi cum ex antiquis patribus tum e recentioribus theologis docent. Quapropter vocem *alterutrum* determinari existimant per vocem *justí*, sacerdotem ad quem solum delictorum absolutio pertinet, significantis. Neque vero id a sententia Doctoris nostri de remittendorum criminum sacerdotali potestate alienum est: de qua consule Comment. in Psal. CXVIII, serm. 10, num. 17, et Expos. in Lucam lib. V, num. 11. Quod autem ad leviorum culparum expiationem, praeter eas orationes quas alii pro aliis ex interno affectu profundeabant, recitari etiam poterant psalmi aliquot, oratio Dominica, symbolum, et maxime confessio generalis quae initio sacre liturgiae fieri consuevit: de qua hunc locum Morinus de Poenitentia lib. V, cap. 32, censet intelligendum. Sed cum et in isto et in aliis nonnullis quos eodem modo accipiendos tradit, hujusmodi confessionis nulla fiat mentio, credibili- est, de solis fidelium pro se vicissim orantium praecibus agi.

<sup>60</sup> Snad se ptáš, kdo jsou zde míněni těmi spravedlivými. A bys tomu lépe porozuměl, všimni si, že se to nemůže chápat o jakýchkoliv spravedlivých, protože není pochyb, že takoví byli v lidu mnozí, kterým ale blažený doktor (tj. sv. Ambrož) přeci dává dovolení jen, aby si svou modlitbou navzájem získávali milost za lehčí viny. A proto je zde třeba rozumět buďto výjimečně spravedlivé, jakými jsou zde označeni proroci Mojžíš, Jeremiáš a Štěpán, anebo alespoň samotné kněze, kteří také osobami proroků bývají předobrazováni. A je také možné, že Ambrož naráží na místo u Jakuba: „*Vyznávejte si navzájem vaše hříchy... mnoho totiž zmůže modlitba spravedlivého.*“ (Jak 5,16). Což jsou slova, o nichž mnozí ze starých otců i z novějších teologů učí, že se na nich zakládá nařízení vyznávat hříchy kněžím. A proto se domnívají, že slovo „navzájem“ je vymezeno slovem „spravedliví“, které

graviore, qui legisset Moysen rogasse et impetrasse; ubi erat praevaricatio voluntaria: qui sciret etiam Hieremiam rogasse (Jerem. XIV,13).

46. Quomodo Joannes diceret non orandum pro peccato quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mandatum Angelo Ecclesiae Pergami (Apoc. II,12)? Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata, et fornicari; ita et tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, similiter age poenitentiam: caeterum venio tibi cito. Vides quod Deus qui poenitentiam exigit, veniam polliceatur! Denique et ibi dicit: *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Vincenti dabo manducare manna absconditum* (Apoc. II,7).

47. Nonne ipse Joannes cognoverat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatur; cum de ipsis a quibus lapidabatur diceret: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (Act. VII,59)?<sup>61</sup> Cujus precationis effectum in Apostolo videmus; Paulus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta servabat (Act. IX,15), non multo postea per gratiam Christi factus est apostolus, qui fuerat ante persecutor.

že nemá být prošeno za odpuštění těžšího zločinu, když sám četl, že Mojžíš se (takto) modlil a dosáhl (vyslyšení), a to tam, kde šlo o dobrovolnou zpronevěru. A také věděl, že i Jeremiáš se (takto) přimlouval (Jer 7,16).

46. Proč by Jan říkal, že se nesmíme modlit za toho, kdo hřešil k smrti, když sám napsal v Apokalypse příkaz andělovi církve v Pergamu? „*Máš i některé, kteří se drží Balaámovy nauky, který učil Baláka činit pohoršení před syny Izraele, jíst obětované (modlám) a smilnit; tak i ty máš ty, kteří se drží nauky Nikolaitů, proto čiň pokání, jinak na tebe rychle přijdu.*“ (Zj 2,14-16). Vidíš, že Bůh, který vymáhá pokání, také slibuje milost! Nakonec i tam (ve Zjevení) říká: „*Kdo má uši, ať slyší, co říká Duch církvím. Tomu, kdo zvítězí, dám jíst skrytou manu* (Zj 2,7).

47. A cožpak sám Jan neznal Štěpána, který se přimlouval za své pronásledovatele, kteří Kristovo jméno nemohli ani slyšet, a říkal o nich, když ho kamenovali: „*Pane, nepočítej jim tento hřích.*“ (Sk 7,59)? A účinek jeho přimluvy vidíme na Apoštolovi. Pavel totiž, který hlídal oděvy těch, kdo Štěpána kamenovali (Sk 9,15), se zanedlouho potom skrze Kristovu milost stal apoštolem, ač byl předtím pronásledovatelem.

---

znamená kněze, jemuž pouze náleží rozhřešování hříchů. A opravdu mínění sv. Ambrože o kněžské moci odpouštět hříchy se od tohoto neliší. Srov. Komentář na Ž 118, řeč 10, č. 17; a Výklad na Lukáše, kniha 5, č. 11. Co se však týče usmířování za lehčí viny, kromě těch modliteb, které konali jedni za druhé spontánně, mohli také recitovat několik žalmů, modlitbu Páně, vyznání víry, a především všeobecnou zpověď, která se konala na začátku sv. liturgie, o níž Morinus v De Poenitentia, kniha 5. kap. 32 míní, že právě na ni zde sv. Ambrož myslí. Ale protože na tomto místě i na několika dalších, o nichž si také myslí, že mají být takto chápána, se o takovéto zpovědi nic nevzpomíná, je pravděpodobné, že zde sv. Ambrož mluví pouze o soukromých vzájemných modlitbách věřících.

<sup>61</sup> Sub col. 481, not. a: Mss. aliquot, *cujus precatoris effectum; quidam, affectum.*

## Caput XI.

*Superior Joannis sententia illustratur alio ejusdem testimonio, quo credentibus in Christum salus promittitur. Unde arguuntur Novatiani ut qui lapsis fidem suadeant, quibus negent veniam. Additur multos martyrum post lapsum duplicem gratiam consecutos esse; nec non pii Samaritani exemplo declaratur eos in quibus vel tenuissima fides spiret, non deserendos.*

48. [*Alias cap. X.*] Ergo quia de Joannis <sup>62</sup> generali epistola sermo est, ipsius Joannis in Evangelio scripta interrogemus, utrum cum vestra interpretatione convenient. Scribit enim dixisse Dominum: *Quia sic dilexit Deus hunc mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam* (Joan. III.16). Si quem ergo lapsum revocare cupias; <sup>63</sup> ut credat, an ut non credat, hortaris? Utique ut credat. Sed qui credit juxta Domini sententiam, habebit vitam aeternam. Quomodo ergo <sup>64</sup> prohibebis orare pro eo, cui aeterna vita debetur? cum divinae sit gratiae fides, sicut Apostolus in divisionibus gratiarum docet, quia alii datur in eodem Spiritu fides (I Cor. XII,9); et discipuli Domino dicant: *Adauge nobis fidem* (Luc. XVII,5). Qui ergo fidem habet, habet vitam: qui vitam habet, non est utique exclusus a venia. *Omnis, inquit, qui credit in eum, non pereat. Cum omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur; non enim excipit eum qui lapsus est, si tamen postea bene credat.*

49. Plurimos comperimus <sup>66</sup> se denuo reformasse post lapsum, et pro nomine Dei

## Kapitola jedenáctá

*Už uvedený citát apoštola Jana se vysvětluje dalším svědeckým téhož (Jana), jímž je věřícím v Krista slíbena spása. Tím jsou novaciáni usvědčováni, protože odpadlíkům sice doporučují víru, ale zároveň jim i odmítají milost. Dodává se, že mnozí mučedníci po odpadnutí obdrželi druhou milost, a nejen příkladem zbožného Samaritána se ukazuje, že ti, v nichž dýchá i nejslabší víra, nemají být opouštěni.*

48. Tedy protože je řeč o Janově všeobecném listu, <sup>65</sup> dotazujme se samotných Janových (slov) napsaných v Evangeliu, zda se shodují s vaším výkladem. Píše totiž, že Pán řekl: „*Neboť tak Bůh miloval tento svět, že Syna svého jednorozeného dal, aby každý, kdo v něho věří, nezahynul, ale měl život věčný.*“ (J 3,16). Jestliže tedy chceš nějakého odpadlíka volat zpět, povzbuzuješ ho, aby věřil, anebo aby nevěřil? Samozřejmě, aby věřil. Avšak kdo věří, podle Pánova výroku bude mít život věčný. Jak to že tedy zakazuješ modlit se za toho, jemuž náleží věčný život? Vždyť víra je Božím darem, jak tomu učí Apoštol v rozdělení darů, neboť „*jinému je dána víra v tomtéž Duchu*“ (1Kor 12,9). A učedníci říkají Pánovi: „*Dej nám více víry.*“ (Lk 17,5). Kdo tedy má víru, má život, a kdo má život, není samozřejmě vyloučen z milosti. „*Každý*“, říká, „*kdo věří v něho, (ať) nezahyne.*“ Když se říká „*každý*“, nikdo se nevyklučuje, nikdo se nevyjímá. Nevyjímá totiž toho, kdo padl, jestliže potom bude přeci jen dobře věřit.

49. Nacházíme (přeci) mnohé, kteří se po pádu znova obnovili a trpěli pro Boží jméno.

<sup>62</sup> Sub col. 481, not. b: Generalis dicitur prima Joannis Epist., quia non singulari alicui personae, ut secunda et tertia, sed toti simul Ecclesiae destinatur.

<sup>63</sup> Sub col. 481, not. c: Mss. aliquot, *ut credat, hortaris? Utique, etc.*

<sup>64</sup> Sub col. 481, not. d: Nonnulli mss., *prohiberis orare.*

<sup>65</sup> Všeobecným neboli katolickým je první list Janův nazýván proto, že není adresován nějaké jednotlivé osobě, jako jeho druhý a třetí list, ale celé Církvi.

<sup>66</sup> Sub col. 482, not. e: Tres mss. *se armasse; unus, se renovasse.*

passos: num possumus his martyrum consortia negare, quibus Dominus Jesus non negavit? Audemus igitur dicere non esse his vitam redditam, quibus Christus coronam reddidit? Sicut ergo post lapsum plerisque si patiantur, corona redditur; ita si credant, et fides redditur. Quae fides Dei donum est; sicut habes scriptum: *Quia a Deo vobis datum est, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut pro illo patiamini* (Philip. I,29). Numquid is qui Dei donum habet, potest non habere indulgentiam?

50. Non una autem, sed duplex gratia est, ut omnis qui credit, et patiatur pro Domino Jesu. Habet igitur qui credit suam gratiam: habet autem alteram, si fides ejus passionibus coronetur. Neque enim priusquam pateretur Petrus, sine gratia fuit: sed ubi passus est, acquisivit alteram. Et plerique qui non habuerunt gratiam, ut pro Jesu paterentur; habuerunt tamen gratiam, ut in Jesum crederent.

51. Ideo dicitur: *Ut omnis qui credit in eum, non pereat* (Joan. XX,31). *Omnis*, inquit, hoc est, ex quocumque statu, ex quocumque lapsu, si credat, perire non timeat. Potest enim fieri ut aliquem de Hierusalem descendente in Hiericho (Luc X,33), hoc est de myrtyrii certamine relapsus in istius vitae cupiditatem<sup>67</sup> saecularemque gratiam, vulneratum a latronibus, hoc est, a persecutoribus, et semivivum derelictum Evangelicus ille Samaritanus inveniatur, qui nostrarum custos animarum est (Samaritanus enim custos dicitur), et non praetereat eum, sed curet et sanet.

52. Fortasse ideo non praeterit eum, quia aliquid in eo vitale agnoscit; unde is possit vitam resumere. Nonne vobis videtur ille qui lapsus est, semivivus esse, si vitale aliquid<sup>68</sup> fides spiret? Nam qui penitus Deum ex suo corde abjicit, ille

Cožpak můžeme odmítnout tyto sbory mučedníků, které (sám) Pán Ježíš neodmítl? Odvažujeme se snad říci, že není navrácen život těm, jimž Kristus odevzdal korunu (slávy)? Tedy stejně jako je velmi mnohým, jestliže by po pádu (znovu) trpěli, navrácena koruna, tak je jim navrácena i věrnost, jestliže by věřili. Tato víra je (totiž) Božím darem, jak máš napsáno: „*Neboť vám je od Boha dáno, abyste v něho nejen věřili, nýbrž abyste pro něj také trpěli.*“ (Flp 1,29). Cožpak ten, kdo má Boží dar, může nemít odpuštění?

50. Není totiž jedna, ale dvojí milost, aby každý, kdo věří, také trpěl pro Pána Ježíše. Ten, kdo věří, má totiž svou (vlastní) milost, a má také druhou (milost), jestliže by jeho víra byla korunována utrpením. Ani Petr předtím, než trpěl nebyl bez milosti, ale když (potom) trpěl, obdržel druhou. A mnozí, kteří neměli milost, aby pro Ježíše trpěli, přeci měli milost, aby v Ježíše věřili.

51. Je tedy řečeno: „*Aby každý, kdo v něho věří, nezahynul.*“ (J 3,16). Říká „*každý*“, to znamená, z jakéhokoliv stavu, z jakéhokoliv pádu; jestliže věří, ať se nebojí zahynutí. Může se totiž stát, že někoho sestupujícího z Jeruzaléma do Jericha (Lk 10,33), to jest odpadlého od zápasu mučednictví k žádostivosti tohoto světa a k světské přízni, zraněného zbojníky, to jest pronásledovateli, a zanechaného napůl živého, nalezne onen Samaritán z Evangelia, který je strážcem našich duší – Samaritán totiž znamená strážce – a neobejde ho, ale léčí ho a uzdraví.

52. Snad proto jej neobchází, protože v něm rozpoznává cosi životaschopného, skrze co by mohl život znova přijmout. Což se vám ten, kdo padl, nezdá být jako napůl živý, v němž ještě dýchá něco z víry? Ano, ten, jenž ze svého srdce

<sup>67</sup> Sub col. 482, not. f: Quidam mss., *saeculari gratia*.

<sup>68</sup> Sub col. 482, not. g: Mss. aliquot, *fide speret*. Minus commode. Sed fortassis legendum, *fide spiret*. Eadem autem ratione Cyprianus epist. 52. de iis qui fidem intus conservantes, idolis thus ob tormentorum metum obtulissent, loquitur, qua hoc in capite Ambrosius.



mortuus est. Qui ergo non penitus abjicit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negavit, semivivus est. Aut si mortuus est, cur ei dicitis, agendam poenitentiam, qui jam curari non potest? Si semivivus est, infunde oleum et vinum, non vinum sine oleo, scilicet quod et foveat et remordeat. Tolle eum in jumentum tuum, trade stabulario, duo aera ad ejus curam impende, esto ei proximus (Ibid., XXXIV,35). Proximus autem esse non potest, nisi facias misericordiam; nemo enim potest dici proximus, nisi qui curaverit, non occiderit. Si autem vis dici proximus, dicit tibi Christus: *Vade, et tu fac similiter* (Ibid., 37).

## Caput XII.

*Locis ex Joannis Evangelio jam citatis alius indidem adjungitur. Tum servandorum Dei mandatorum necessitatem obijcentibus facile respondetur non ei soli qui semper, sed etiam ei qui post lapsum illa servaverit, vitam promitti. Quod ubi ex Davide comprobatum est, quamdam tamen esse inter utrumque differentiam declaratur.*

53. [Alias cap. XI.] Aliud simile consideremus: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam: qui autem* <sup>69</sup> *non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum* (Joan. III,16). *Quod manet utique jam coepit, et ex delicto aliquo coepit; quia ante non credidit. Ubi ergo quis credit, ira Dei discedit, vita autem accedit* (Ibid., 36). *Credere ergo in Christum, lucrum vitae est; qui enim credit in eum, non judicatur.*

54. *Sed referunt hoc loco quoniam is qui credit in Christum, custodire debeat sermonem ejus; sic enim aiunt scriptum, dicente Domino: Ego lux in hunc mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: et si quis audierit sermonem meum, et custodierit eum,*

úplně odvrhl Boha, ten je mrtvý. Kdo však (ho) neodhodil zcela, ale skrze útlak muk (ho) načas zapřel, je napůl živý. Anebo, jestliže je mrtev, proč mu říkáte, aby činil pokání, když už nemůže být (podle vás) léčen? A jestliže je napůl živý, vlij (mu do ran) olej a víno, ne víno bez oleje, patrně proto, že to pálí a štípe. Vezmi ho na své dobytče, předej hostinskému, vynalož na jeho léčení dvě mince, buď mu bližním (Lk 10,34-35). A bližním nemůžeš být jinak, než že mu prokážeš milosrdenství; nikdo totiž nemůže být nazván bližním než jedině ten, kdo bude léčit, ne zabíjet. Jestliže tedy chceš být nazván bližním, Kristus ti říká: „*Jdi a jednej také tak.*“ (v. 37).

## Kapitola dvanáctá

*K místům citovaným již z Janova evangelia se připojuje jiné rovněž odsud. Pak namítajícím, že je nutno zachovávat Boží přikázání, se jednoduše odpovídá, že život je zaslíben nejen tomu, kdo je zachová vždy, ale i tomu, kdo je zachová po pádu. Což když je dosvědčeno z Davida, přece se prohlašuje, že je mezi jedním a druhým rozdíl.*

53. Vidíme něco podobného: „*Kdo věří v Syna, má život věčný; kdo však Synu nevěří, nespátří života, ale Boží hněv na něm zůstává.*“ (J 3,36). Co zůstává, to jistě už začalo, a začalo od nějakého provinění; protože předtím neuvěřil. Kde však někdo věří, tam Boží hněv odstupuje (v. 36). Věřit tedy v Krista je odměněno životem. Kdo totiž v Něho věří, není souzen.

54. Ale odpovídají tím místem (kde se říká), že kdo věří v Krista, má i zachovávat jeho slovo (por. J 14,23); (upozorňují) totiž, že Pán říká: „*Já, světlo, jsem přišel do tohoto světa, aby každý, kdo ve mne věří, nezůstal v temnotách; a jestliže kdo uslyší mé slovo, a bude ho*

<sup>69</sup> Sub col. 483, not. a: Edit. Rom., *incredulus est Filio*; ms. Clarom., *non credit in Filium*.

*ego non judico eum* (Joan. XII, 46,47). Ille non judicat, et tu judicas? Ille dicit: *Ut qui credit in me, in tenebris non maneat*, hoc est, et si fuerit in tenebris, non permaneat in eis, errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea; dixi enim: *Nolo mortem peccatoris, sed correctionem* (Ezech. XXXIII, 11). Dixi supra: *Quoniam qui in me credit, non judicatur; et hoc custodio: Non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per me* (Joan. III, 17). Libenter ignosco, promptly indulgeo: <sup>70</sup> *Misericordiam malo, quam sacrificium* (Ose. VI, 6); quia per sacrificium justus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. *Non veni vocare justos, sed peccatores* (Matth. IX, 13). In Lege sacrificium, in Evangelio misericordia est: Lex per Moysen data est, per me gratia (Joan. I, 17). Quid hoc evidentius?

55. Denique et subter ait: *Qui spernit me, et non accipit verba mea, habet qui judicet eum* (Joan. XII, 48). Num tibi videtur accipere verba Christi, qui se non correxerit? Profecto non videtur. Qui ergo corrigit se, accipit verbum ejus, hoc est enim verbum ejus, ut se unusquisque revocet a culpa. Aut excludas igitur necesse est hanc ejus sententiam: aut si negare non potes, acquiescas.

56. Oportet eum quoque mandata custodire Dominica, <sup>71</sup> qui peccare desinat, delictis renuntiet. Non ergo de eo debes interpretari dictum, qui semper custodierit; si enim hoc sensisset, addidisset, semper: non addendo autem, de eo pronuntiavit, qui quod audivit, custodierit: audivit autem ut corrigeret errorem: custodivit igitur quod audivit.

57. [*Alias cap. XII.*] Quam vero durum sit ut ad poenam vocetur perpetuam, qui vel postea custodit Domini mandata, ipse te doceat, qui etiam non custodientibus mandata sua veniam non denegavit, sicut habes in pslami corpore: *Si*

*zachovávat, já ho nesoudím.*“ (J 12,46). On nesoudí a ty soudíš! On říká: „*Aby ten, kdo věří ve mě, nezůstával v temnotách.*“ To znamená: i kdyby v temnotách byl, aby v nich nezůstával, aby opravil omyl, napravil vinu, a má přikázání zachovával. Řekl jsem totiž: „*Nechci smrt hříšníka, ale nápravu.*“ (Ez 33,11). Již jsem řekl: „*Neboť kdo ve mne věří, není souzen.*“ A to zachovávám: „*Nepřišel jsem totiž, abych svět soudil, ale aby svět byl skrze mne spasen.*“ (J 3,17). Rád odpouštím, ochotně promíjím: „*Milosrdenství chci raději než obět.*“ (Oz 6,6); neboť skrze obět je doporučován spravedlivý, skrze milosrdenství se přijímá hříšník. „*Nepřišel jsem volat spravedlivé, ale hříšníky.*“ (Mt 9,13). V Zákoně je obět, v Evangeliu milosrdenství. Zákon byl dán skrze Mojžíše, skrze mne milost (J 1,17). Co je jasnější než toto?

55. Ostatně i dále říká: „*Kdo mnou pohrdá, a nepřijímá má slova, má svého soudce.*“ (J 12,48). Zdá se ti snad, že slova Kristova přijímá ten, kdo se nenapravil? Zajisté nezdá! Kdo se však napravuje, přijímá jeho slovo, to je totiž jeho slovo, aby se každý odvrátil od viny. Je tedy nutno, abys tento jeho výrok buďto odmítl, anebo, jestliže ho nemůžeš popřít, uspokoj se (s tím).

56. Ten, kdo přestává hřešit a odřiká se provinění, je také povinen zachovávat Pánova přikázání. Nemáš tedy toto slovo vykládat o tom, kdo (přikázání) zachoval vždy. Jestliže by býval mínil toto, býval by dodal „vždycky“; tím však, že to nedodal, prohlásil to o tom, který zachová to, co uslyšel. Uslyšel ovšem proto, aby napravil omyly; zachoval tedy to, co uslyšel.

57. Jak tvrdé ovšem je, aby k ustavičnému trestu byl volán i ten, kdo aspoň potom Pánova přikázání zachovává. Ať tě poučí on sám, jenž dokonce ani nezachovávajícím jeho přikázání neodmítl milost, jak máš v Žaltáři: „*Jestliže má*

<sup>70</sup> Sub col. 483, not. b: Ms. Clarom., *misericordiam volo.*

<sup>71</sup> Sub col. 483, not. c: Edit., *qui peccare desiit, delictis renuntiavit.*

*justitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non disperdam ab eis* (Psal. LXXXVIII, 32,33). Omnibus igitur promittit misericordiam.

58. Sed ne sine iudicio hanc esse misericordiam putetis, est discretio inter eos qui perpetuam detulerint obedientiam mandatis coelestibus, et inter eos qui aliquando vel errore, vel necessitate lapsi sint. Et ne nostro circumscribi te argumento putes, <sup>72</sup> Christi iudicium accipe; etenim ait: *Si sciens servus voluntatem domini sui non fecit, vapulabit multis: si autem nescivit, vapulabit paucis* (Luc. XII, 47,48). Uterque igitur si credat, recipitur, quia *castigat omnem filium Deus, quem recipit* (Hebr. XII,6): et quem castigat, morti utique non tradit; quia scriptum est: *Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me* (Psal. CXVII, 18).

### Caput XIII.

*Qui peccatum ad mortem fecerint, non deserendos, sed poenitentiae sujiciendos ex Paulo docetur. Quid sit tradi Satanae in interitum carnis, et quam hoc optandum. Satanam corpori debilitates inferre, sed eas in spiritus utilitatem converti; unde magna Dei elucet potentia, qua illum ut sibi noceat, et nobis prosit, cogit invitum.*

59. Denique Paulus docet non deserendos eos qui peccatum ad mortem fecerint, sed potius lacrymarum panibus, et potu coercendos flebili; ita tamen ut ipsa moderata esset tristitia. Hoc enim significat: *Potum dabis eis in lacrymis in mensura* (Psal. LXXIX, 6); ut ipsa moestitia <sup>73</sup> mensuram habeat, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur (II Cor. II, 5 et seq.), qui agit poenitentiam, sicut scripsit ad Corinthios: *Quid*

*práva znesvěti, a má nařízení nezachovají; navštívím jejich nepravosti s trestem a s důtkami jejich provinění; avšak své milosrdenství od nich neodejmu.*“ (Ž 88,32-33). Milosrdenství tedy slibuje všem.

58. Avšak abyste nemysleli, že toto milosrdenství je bez soudu, je rozdíl mezi těmi, kteří snesli neustálou poslušnost nebeským příkázáním, a mezi těmi, kteří někdy buď z bludu nebo z donucení padli. A abys nemyslel, že jsem ti podsunul náš (vlastní) důvod, přijmi soud Kristův, říká totiž: „*Jestliže služebník znající vůli Pána neučiní, bude mnoho bit; jestliže však neznal, bude bit méně.*“ (Lk 12,47-48). Oba dva tedy, jestliže věří, budou přijati, neboť Bůh *trestá každého syna, kterého přijímá* (Žid 12,6). A toho, koho trestá, toho jistě nevydává smrti, neboť je psáno: „*Trestaje potrestal mě Pán, ale smrti mě nevydal.*“ (Ž 117,18).

### Kapitola třináctá

*Z Pavla se učí, že ti, kteří spáchali hřích k smrti nemají být opuštěni, ale podřízeni pokání. Co znamená být vydán satanovi k záhubě těla a jak je to žádoucí. Že satan způsobuje slabosti těla, ty se však obracejí k prospěchu ducha; z čehož vysvítá velká Boží moc, kterou je onen nucen, aby proti své vůli sobě škodil a nám prospíval.*

59. Ostatně Pavel učí, že ti, kteří spáchali hřích k smrti, nemají být opuštěni, ale raději podrobeni chlebem slz a nápojem pláče; ovšem tak, aby i sám zármutek byl přiměřeným. To totiž znamená: „*Dáš jim nápoj v slzách v míře.*“ (Ž 79,6); aby i sám zármutek měl míru, a aby nebyl pohlcen silnou přemírou zármutku (2Kor 2,5n) ten, kdo koná pokání, jak napsal Korint'ánům: „*Co chcete? Abych k vám přišel*

<sup>72</sup> Sub col. 483, not. d: Cod. Clarom., *Christi iudicatum accipe.... qui autem nescivit, paucis.*

<sup>73</sup> Sub col. 484, not. e: Idem Cod., *in mensura, ut ne ipsa moestitia absorbeatur.*

vultis? *In virga veniam ad vos, an in charitate, spirituque mansuetudinis* (I Cor. IV, 21)? Sed *nec virga gravis est, quoniam legerat: Tu quidem percuties eum virga, animam autem ejus a morte liberabis* (Prov. XXIII, 14).

60. Quid esset in virga venire, docet invectio fornicationis, accusatio incesti,<sup>74</sup> reprehensio tumoris, quod inflati essent, quos magis lugere oporteret; postremo condemnatio rei, ut tolleretur a consortio communionis, et traderetur adversario, non ad interitum animae, sed carnis (I Cor. V, 1 et seq.). Sicut enim Dominus in animam sancī Job potestatem non dedit, sed in carnem ejus permisit licentiam (Job II, 6); ita et hic traditur Satanae in interitum carnis, ut serpens terram ejus lingeret, animae non noceret (Mich. VII, 17).

61.<sup>75</sup> *Moriatur ergo caro nostra cupiditatibus, sit captiva, sit subdita, nec legi mentis nostrae repugnet, sed bonae servituti subjecta moriatur; sicut in Paulo qui castigabat corpus suum* (I Cor. IX, 27), ut servituti redigeret; quo probabilior fieret praedicatio, si lex carnis ejus cum lege mentis congrueret et conveniret. Interit enim caro, cum sapientia ejus<sup>76</sup> transit in spiritum; ut jam non quae carnis sunt, sapiat, sed quae sunt spiritus. Utinam videam infirmari carnem meam! utinam non trahar captivus in legem peccati! utinam non in carne vivam, sed in fide Christi (Rom. VII, 23)! Et ideo major in infirmitate corporis gratia, quam in salute. Denique et Paulum quem multum dilexit (Galat. II, 20), noluit liberare ab infirmitate carnis, cui petenti ut discederet a se infirmitas, respondit: *Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur* (I Cor. XII, 8,9). Et Paulus plus sibi in infirmitatibus placet, dicens: *Cum infirmor, tunc potens sum* (Ibi., 10); consummatur enim carnis infirmitatibus animae fortitudo.

*s prutem, nebo s láskou a v duchu mírnosti?*“ (1Kor 4,21). Avšak ani prut není těžký, neboť předtím četl: „*Pokáráš ho trochu prutem, avšak jeho duši vysvobodíš od smrti.*“ (Př 23,14).

60. Co by to bylo přijít s prutem, to učí na případu smilstva, na odsouzení incestu a pokárání nadutosti těch, kteří byli nafoukaní, zatímco by spíše měli truchlit; a také rozsouzením věci tak, aby byl zbaven účasti na přijímání a vydán protivníkovi, ne k záhubě duše, ale těla (1Kor 5,1n). Jako totiž Pán nedal (satanovi) moc nad duší sv. Joba, ale dovolil mu mít moc pouze nad jeho tělem (Job 2,6), tak i tento je vydán satanovi k záhubě těla, aby had požíral jeho zem, ale duši neuškodil (Mich 7,17).

61. Ať tedy naše tělo umírá žádostem, ať je zajatcem, ať je poddáno, aby nebojovalo proti zákonu naší mysli, ale poddáno dobré službě mřelo; tak jako u Pavla, který trestal své tělo (1Kor 9,27), aby bylo poddáno službě; a aby jeho kázání bylo co nejpřesvědčivější, jestliže by se zákon jeho těla shodoval a souzněl se zákonem jeho mysli. Tělo totiž hyne tehdy, když jeho moudrost přechází do ducha, aby již nemyslelo ty věci, které jsou těla, ale ty, které jsou ducha. Kéž vidím své tělo slábnout! Kéž nejsem zajatcem taženým do zákona hříchu! Kéž nežiji v těle, ale ve víře Kristově! (Ř 7,23). A tak je v slabosti těla větší milost než ve zdraví. Ostatně i Pavla, kterého velmi miloval (Gal 2,20), nechtěl osvobodit od slabosti těla, a když prosil, aby od něj odstoupila slabost, odpověděl mu: „*Stačí ti má milost, neboť síla se osvědčuje v slabosti.*“ (1Kor 12,8-9). A Pavel si více hověl ve slabostech říká: „*Když jsem slabý, tehdy jsem silný.*“ (1Kor 12,40). Síla duše se totiž dovršuje slabostmi těla.

<sup>74</sup> Sub col. 484, not. f: Codex Germ. alter, *responsio tumoris*. Infra vero ubi cunctae edit. ac plures mss. *condemnatio rei*; alii habent partim, *condemnatio erroris*, partim, *condemnatio communis*.

<sup>75</sup> Sub col. 485, not. a: Nonnulli mss., *Mordeatur ergo caro nostra... subjecta adornetur*. Non satis recte.

<sup>76</sup> Sub col. 485, not. b: Mss. aliquot, *transit in Christum*.

62. [Alias cap. XIII.] Explanavimus Pauli sententiam; nunc verba ipsa consideremus, quae ratione dixerit <sup>77</sup> quod tradiderit eum Satanae in interitum carnis; quia tentator noster diabolus est. Nam debilitates membris singulis infert, et aegritudines toti solet movere corpori. Denique percussit sanctum Job ulcere malo a pedibus usque ad caput, <sup>78</sup> quia in potestate acceperat interitum carnis ejus, dicente Deo: *Ecce trado tibi eum, tantummodo animam ejus custodi* (Job II, 6). Hoc iisdem verbis Apostolus transtulit; dicens quod tradiderit hujusmodi hominem Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi (I Cor. V, 5).

63. Magna potestas, magna gratia, quae imperat diabolo, ut se ipse destruat. Se enim destruit, cum hominem quem tentando supplantare studet, <sup>79</sup> ex infirmo fortiolem efficit: quia dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat. Aegritudo enim carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis culpam adolet.

64. Illuditur ergo diabolus, ut se ipse morsu suo vulneret, et contra se armet, quem debilitandum putavit. Sic et sanctum Job magis amavit, posteaquam vulneravit: qui totum corpus <sup>80</sup> diris perfusus ulceribus, diaboli quidem morsum pertulit, sed venena non sensit. Et ideo bene ei dictum est: *Adduces draconem in hamo, illudes eum sicut avem: ligabis eum sicut passerem puer, imponens super eum manum* (Job XL, 24).

62. Vysvětlili jsme Pavlův výrok. Nyní si všimněme samotných slov, z jakého důvodu řekl, že ho vydal satanovi k záhubě těla; neboť tím, kdo nás zkouší je ďábel. Vždyť jednotlivým údům přináší slabosti a celému tělu obvykle způsobuje nemoci. Ostatně ranil (i) sv. Joba zlými vředy od nohou až po hlavu, neboť obdržel moc k záhubě jeho těla, když Bůh říkal: „*Hle, vydávám ti ho, jenom ušetři jeho duši.*“ (Job 2,6). To týmiž slovy přejímá i Apoštol říká, že člověka toho druhu vydal satanovi k záhubě těla, aby duch byl spasen v den našeho Pána Ježíše Krista (1Kor 5,5).

63. Veliká moc, veliká milost, která poroučí ďáblu, aby sám sebe ničil. Sebe totiž ničí, když člověka, kterému se pokoušením snaží podrazit nohy, činí ze slabého silnějším; neboť zatím co zeslabuje jeho tělo, jeho mysl posiluje. Slabost těla totiž zahání hřích, avšak bujnost těla rozpaluje vinu.

64. Ďábel je tedy vysmíván, aby svým hryzáním zraňoval sám sebe a vyzbrojoval proti sobě toho, jehož chtěl oslabit. Tak také svatého Joba (Bůh) více miloval, potom co ho ranil. On totiž maje celé tělo poseto strašnými vředy, zasadil ďáblu jistou ránu, ale (sám ďábelského) jedu nepocítil. A tak mu bylo právem řečeno: „*Přivedeš draka na udici, budeš si s ním hrát jako s ptáčkem: uvážeš ho jako chlapce*“

---

<sup>77</sup> Sub col. 485, not. c: Duplex fuit hujus sententiae interpretatio apud antiquos: altera qua illum de poenitentiae operibus quibus corpus afflicatur et conteritur, Origenes hom. 24. in Levit., Basilius Epist. ad Amphilochem can. 7, et alii exposuerunt: alteram vero qua eandem plures a Graecis patribus ut Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius aliique ita voluerunt accipiendam, ut ab Ecclesia tradi Satanae in eorum corpora, qui separati a communione fuerint, saevienti jus arbitrarentur. Ultimum hunc sensum Apostoli non esse in eodem loco probat Estius, cujus rationibus alias addit lib. VI de Poenit. cap. 11. Morinus. In hoc porro lapsi sunt magni viri, quod prior Ambrosium secundam hanc interpretationem tantummodo secutum crediderit: posterior autem quod eundem Patrem hoc loco verba divi Pauli censeat non nisi de carnis castigatione, quae coercendis animi cupiditatibus adhibetur, exposuisse; quamvis etiam eis a quibus de operibus poenitentialibus Ambrosianus hic locus intelligitur, non reclamaturum se significet. Fatendum autem est Doctorem nostrum utramque Paulini loci explicationem amplexum esse; ultimam enim quam Chrysostomi et aliorum aliquot Graecorum fuisse diximus, aperte hoc loco proponit ut vel solum Jobi exemplum abunde probat. Nec sane mirum, cum ipsemet, Paulino diacono teste, hanc daemonis potestatem in hominis quem segregaverat a sacris, misero spectaculo fuisset expertus. Priorem vero interpretationem hoc ipso capite num. 59 satis insinuat, ubi ait qui *peccatum ad mortem* perpetravirint, poenitentiae laboribus addicendos: et adhuc manifestius cap. 7 sub finem, quem consule.

<sup>78</sup> Sub col. 486, not. d: Rom. edit., *quia potestatem acceperat in interitum.*

<sup>79</sup> Sub col. 486, not. e: Cod. Clarom., *ex infirmo sanctiorem.*

<sup>80</sup> Sub col. 486, not. f: Idem Cod., *diris percussum ulceribus.*

65. Vides quemadmodum a Paulo illudatur, ut in cavernam ejus, sicut puer ille propheticus (Esai. XI, 8,9), manum mittat, et nihil serpens noceat ei, de latebris eruat eum, de veneno ejus faciat spiritale antidotum; ut quod venenum est, medicamentum fiat: venenum est ad interitum carnis, medicamentum fit ad salutem spiritus. Quod enim nocet corpori, juvat spiritum.

66. Manducet ergo terram meam serpens,<sup>81</sup> dentem carni infigat, conterat corpus, dicat Dominus et de me: *Trado tibi eum, tentummodo animamam ejus custodi* (Job II, 16). Quanta vis Christi, ut custodia hominis imperetur etiam ipsi diabolo, qui semper vult nocere. Dominum ergo Jesum nobis propitiemus: imperante Christo, et diabolus ipse fit praedae suae custos, vel invitus mandatis obsecundat coelestibus: et quamvis immitis, tamen mansuetis obsequitur imperiis.

67. Sed quid ego commendo obsequium ejus? Sit ille semper malus, ut sit bonus Deus semper, qui malitiam ejus nobis in gratiam convertit. Vult nocere ille, sed non potest, si Christus obsistat: carnem ulcerat, sed custodiat animamam: terram devorat,<sup>82</sup> sed reservat spiritum. Denique scriptum est: *Tunc lupi et agni simul pascentur: leo et bos paleam manducabunt, serpens autem terram ut panem: et non nocebunt, neque vastabunt in monte sancio meo, dicit Dominus* (Esai. XI. 6 et seq.). Dammati enim serpentis haec est sententia: *Erit tibi terra cibus* (Gen III, 14). Quae terra? Ea utique de qua dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (Ibid., 19).

(*uvazuje*) *vrabce, položíš na něho ruku.*“ (Job 40,24).

65. Vidíš, jakým způsobem je Pavlem vysmíván, že strká ruku do jeho skrýše jako onen chlapec u proroka (Iz 11,8-9), a had mu nijak neškodí, vytahuje ho ze sluje, z jeho jedu činí duchovní protijed; aby to, co je jedem, stávalo se lékem; jedem je (to) k záhubě těla, lékem se (to) stává k spáse ducha. Co tedy škodí tělu, prospívá duchu.

66. Ať tedy had žere mou zem, do těla ať zatne zub, ať hubí tělo, ať Pán řekne i o mě: „*Vydávám ti ho, jenom zachovej jeho duši.*“ (Job 2,6). Kolikerá je moc Kristova, že svěřuje strážení člověka dokonce samotnému ďáblu, který vždycky chce škodit. Nakloňme si tedy Pána Ježíše, aby Kristovým příkazem i sám ďábel se stal strážcem své kořisti a proti své vůli prospíval (k zachování) nebeských přikázání; a ačkoliv s odporem, aby přece sloužil nařízením pokoje.

67. Na co já ale doporučuji jeho službu? On je vždy zlým, tak jako Bůh je vždy dobrým, a on jeho zlobu pro nás obrací v milost. Onen chce škodit, ale nemůže, jestliže (mu) Kristus brání; tělo zraňuje, ale duši stráží; požírá zemi, ale zachovává ducha. Ostatně je psáno: „*Tedy se budou společně pást vlci a beránci; lev i vůl budou žrát trávu, had však zem jako chléb; a nebudou škodit ani pustošit na mé svaté hoře, praví Pán.*“ (Iz 11,6n). Rozsudek nad hadem totiž je: „*Země ti bude za pokrm.*“ (Gn 3,14). Jaká země? Ta zajisté, o které bylo řečeno: „*Zem jsi a do země půjdeš.*“ (Gn 3,19).

<sup>81</sup> Sub col. 486, not. g: Mss. aliquot, *dente carnis conterat corpus*.

<sup>82</sup> Sub col. 486, not. h: Cod. Ben., *sed reservat Christum*.

#### Caput XIV.

*Quod supra dixerit Ambrosius carnem ad interitum Satanae traditam a serpente comedi, hoc ita demum docet fieri, si anima carnalibus cupiditatibus liberetur. Quamobrem multa praecipit ad oculorum mentisque custodiam necessaria: quae castissimi Josephi exemplo firmat: dehinc omnes ad retia quibus in voluptatis ignem trahimur, declinanda hortatus; ne timeamus quominus a serpente caro nostra edatur, suadet.*

68. Hanc terram serpens manducat, si propitius est nobis Dominus Jesus,<sup>83</sup> ut non compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur vapore carnis, et calore membrorum. *Bonum est nubere magis quam uri* (I Cor. VI,27); est enim flamma quae interna urit (Prov. VI. 27). Unde hunc ignem non alligemus in sinu mentis, et recessu pectoris, ne interioris nostri uramus exuvias, et forense hoc nostae animae vestimentum, velamenque carnale edax libidinis flamma consumat, sed transeamus per ignem (Esai. XLIII, 2). Et si quis incidit amoris incendium, transiliat, et transeat: non alliget adulterinam cupiditatem vinculis cogitationum, nullos sibi nodos assiduae nexu meditationis astrigat; non intendat saepius in formam mulieris meretricis, nec adolescentula ad vultum juvenis oculos levat. Et si fortuito aspexit, et capta est; quanto magis capietur, si curiosa aspexit!

69. Vel consuetudo nos doceat. Ideo velamine obnubit caput suum mulier, ut etiam in publico tuta verecundia sit: non facile vultus ejus adolescentis oculis occurrat, nuptiali velamine tecta sit; ne vel fortuitis occursibus pateat ad vulnus vel alienum, vel suum: sed utrumque suum vulnus est. Quod si tegmine caput velat (I Cor. XI, 5 et seq.), ne temere aut videatur, aut

#### Kapitola čtrnáctá

*Co Ambrož už výše řekl, že tělo vydané satanovi k záhubě je požíváno hadem, o tom nyní učí, že se to děje tehdy, je-li duše osvobozována od tělesných žádostí. A proto předpisuje mnohé potřebné k hlídání očí i mysle; což potvrzuje příkladem nejčistšího Jozefa; potom napomenuvši všechny k odhazování sítí, jimiž jsme taženi do ohně rozkoše; nabádá, abychom se nebáli, že bude naše tělo požíváno hadem.*

68. Tuto zem had požívá, je-li nám Pán Ježíš milostiv, aby slabostí těla netrpěla i duše a aby se nerozpalovala žárem těla a teplotou údů. „*Lépe je se oženit nežli hořet.*“ (1Kor 7,9). Existuje totiž plamen, který spaluje nitro (Př 6,27). Proto si tento plamen neshrnujme do klína (své) myslí ani do skrytu (svého) srdce, abychom nespalovali vnější schránku našeho vnitřního (člověka), a tento vnější oděv naší duše a tělesný závoj, aby nebyl stravován hltavým plamenem smyslnosti; nýbrž projděme ohněm (Iz 43,2). A i kdyby někdo zažehl požár lásky, (a ten) přeskočil a vzplanul, ať se pouty myšlenek do smilné žádostivosti nezaplétá, ať si neuvazuje žádné smyčky svazkem neustálého uvažování; ať častěji neobrací pozornost na podobu ženy nevěstky; ani mladice ať nepozdvihuje oči k tváři chlapce. A i kdyby náhodou pohlédla a byla lapena, čím více se lapí, jestliže pohlédne zvědavě!

69. Ať nás poučí (sám) zvyk. Proto žena zahaluje svou hlavu závojem, aby i na veřejnosti byla chráněna stydlivostí. Její pohled ať se snadno nenamane očím mladíka. Ať je zahalena svatebním<sup>84</sup> závojem. Ať se ani náhodnými setkáními nevystavuje zranění svému nebo druhého, ale obojí je jejím zraněním. A jestliže si zakrývá hlavu závojem, aby nebyla náhodně

<sup>83</sup> Sub col. 487, not. a: Non pauci mss. *ut non patiatu r anima carnis debilitatem, non accendatur calore corporis. Bonum est, etc.*

<sup>84</sup> Tedy tím, který nosily vdané ženy (pozn. překl.).

videat (dum enim caput velatur, vultus absconditur), quanto magis velare se debet pudoris tegmine, ut etiam in publico habeat suum ipsa secretum!

70. Verum esto, inciderit oculus, sed non intendat affectus. Non enim vidisse crimen est, sed cavendum ne origo sit criminis. Videt carnalis oculus,<sup>85</sup> sed premat cordis oculus, maneat mentis veracundia. Habemus moralem et indulgentem Dominum; dixit quidem propheta: *Nolo intendas in formam mulieris fornicariae;* (Prov V, 2); sed tamen Dominus dixit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulteravit eam in corde suo* (Mt). Non dixit: si quis viderit, adulteravit; sed: *Si quis ad concupiscendum viderit,*<sup>86</sup> non aspectum obligavit, sed affectum quaesivit. Bonus tamen pudor, qui ipsos corporis oculos sic premere consuevit, ut saepe non videamus etiam quod videmus. Etenim specie aspicere videmur, quidquid occurrerit; sed si non misceatur animi intentio, hic quoque secundum carnis officium noster aspectus vanescit; ita plus videmus animo, quam corpore.

71. Et si viderit caro ignem, non alligemus ignem in sinu, hoc est, in secreto mentis, animique arcano. Non implicemus ignem hunc ossibus, non ipsi nobis nodos injiciamus; non misceamus sermonem aliquem cum hujusmodi, unde exaestuet ignis adulterinus. Srmo juvenulae nodus adolescentium est: verba adolescentis vincula sunt amoris.

72. Vidit hunc ignem Joseph, quando eum adulterii cupida mulier allocuta est (Gen. XXXIX, 7); voluit eum capere sermone, misit laqueos labiorum suorum, sed pudicum virum ligare non potuit. Solvit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo gravitatis, habena cautela,

viděna nebo (sama) neviděla (1Kor 11,5n) – protože dokud je hlava zahalena, je tvář skryta – čím spíše se má zahalovat příkrývkou studu, aby i na veřejnosti byla v ústraní!

70. Jistě budiž, oko pochybí, ale ať se k tomu nepřidává náklonnost. Není totiž zločinem uvidět, ale je třeba se chránit, aby to nebylo počátkem zločinu. Hledí oko těla, ale oko srdce ať je ve střehu, aby si zachovalo stydlivost. Máme přísného i milostivého Pána. Prorok sice řekl: „*Nevšímej si podoby ženy smilnice.*“ (Př 5,3); ale Pán přece říká: „*Kdo uvidí ženu proto, aby po ní dychtil, už s ní zcizoložil ve svém srdci.*“ (Mt 5,28). Neřekl: „Jestliže kdo uvidí, zesmilnil.“, nýbrž: „*Kdo pohlédne s žádostivostí.*“. Nezakázal pohled, ale ptal se na (vnitřní) hnutí. Avšak pravá cudnost je ta, která si zvykla tak usměřňovat samotné tělesné oči, abychom často neviděli i to, co vidíme. A opravdu na pohled vypadáme, že hledíme na vše, co nám přijde do cesty; avšak jestliže se nepřidává úmysl duše, pak i tento náš pohled se podle řádu těla rozplývá.<sup>87</sup> A tak se díváme více duchem než tělem.

71. A jestliže by tělo zaznalo oheň, neshrnujme si oheň do klína, to jest, do úkrytu mysle a do tajného (zákoutí) našeho ducha. Nevpouštějme si tento oheň do kostí, nenastražujme sami sobě léčky; nezavádějme nějaký hovor s takovým člověkem, od nějž vzplane oheň smilstva. Řeč mladice je léčkou pro chlapce a slova mladíka jsou pouta lásky.

72. Tento oheň poznal Josef (sloužíc jako otrok v Egyptě), když k němu promluvila žena žádostivá smilstva (Gn 39,7); chtěla ho chytit svou řečí, hodila smyčku svých rtů, avšak cudného muže spoutat nemohla. Pouta ženy tedy rozvázal hlas cudnosti, řeč vážnosti, uzda

<sup>85</sup> Sub col. 487, not. b: Ita vet. edit. ac mss. aliquot, a quibus edit. Rom. hoc solo discrepat, quod verbum *maneat* non retinuit; alii mss., *premat corporis oculos manens mentis veracundia*: in quibusdam autem nihil sani.

<sup>86</sup> Sub col. 487, not. c: Amerb. et Eras. cum multis nec inferioris notae mss. omitunt *obligavit*; forte non sensu deteriore.

<sup>87</sup> Tedy pokud v člověku není žádostivost po tom, co vidí jeho fyzické oči, jakmile předmět očím zmizí, mizí i z duše (pozn. překl.).



fidei custodia, castimoniae disciplina. Capere igitur eum retibus suis impudica non potuit: misit manum, et apprehendit vestem ejus, ut nodo stringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatum retia sunt, manus ejus amoris nodus est (Prov. VIII, 21): sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec nodo: <sup>88</sup> excussa vestis, solutus est nodus; et ideo quia non alligavit ignem in sinu mentis suae, non combussit corpus suum.

73. [*Alias cap. XIV.*] Vides ergo, quia animus noster culpa est auctor? Itaque innocens caro, sed plerumque peccati ministra. Ergo <sup>89</sup> non te vincat formae concupiscentia. Multa retia tenduntur a diabolo, multi laquei. Oculus meretricis laqueus amatoris est. Ipsi nobis oculi nostri retia sunt; et ideo scriptum est: *Neque capiaris oculis tuis* (Prov. VI. 25). Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus involvimur et implicamur. Ipsi nobis vincula nectimus, sicut legimus: Quia vinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur (Prov. VI, 2).

74. Et ideo transeamus ignem adolescentiae, ardoremque juvenilis aetatis: transeamus aquam, non remaneamus in aqua; ne flumina nos profunda concludant. Transeamus magis, ut et nos dicamus: *Torrentem pertransivit anima nostra* (Psal. CXXIII, 5); qui enim transit, salvus est. Denique Dominus sic ait: *Si transeas per aquam, tecum sum, flumina te non concludent* (Esai. XLIII, 2); et Propheta dicit: *Vidi impium superexaltatum ultra cedros Libani: et transivi, et ecce non erat* (Psal XXXVI, 35,36). Transi saecularia, <sup>90</sup> et cecidisse aspicias altitudines impiorum. Moyses quoque transiens saecularia flumina, vidit visum magnum, et ait: *Transiens videbo hoc visum* (Exod. III, 3); si enim fuisset in corporis vitiis et saeculi istius lubricis voluptatibus, tanta non vidisset mysteria.

ostrážitosti, stráž víry, mravní ukázněnost. Smilnice ho tedy nedokázala lapit svými sítěmi, a tak vztáhla ruku a uchopila jeho oděv, aby nastražila past. „*Slova rozmařilé ženy jsou sítě žádostivosti, její ruka je smyčkou lásky.*“ (Př 7,21). Avšak cudná mysl nemohla být polapena ani sítěmi ani smyčkou. Oděv se vysmekl, léčka se přetrhla; a tak, protože si nenahrnul oheň do klína své mysli, nepopálil (si ani) své tělo.

73. Vidiš tedy, že původcem viny je náš duch? Tělo je tedy nevinné, ale většinou je služebníkem hříchu. Ať tě tedy nepřemáhá žádostivost po (něčí) podobě. Mnohé sítě jsou nastraženy d'áblem, mnohé léčky. Oči nevěstky jsou milovníkovi (tělesnosti) léčkou. Samotné naše oči jsou nám sítěmi. A tak je i psáno: „*Ani ať nejsi lapán svýma očima.*“ (Př 6,25). Sami sobě tedy nastražujeme sítě, kterými jsme omotáváni a zaplétáni. Sami sobě nasazujeme pouta, jak čteme: „*Neboť každý je svazován pouty svých hříchů.*“ (Př 6,2).

74. A tak tedy přejdeme oheň dospívání a žár mladického věku; projdeme vodu, a nezůstávejme ve vodě, aby se nad námi vodní proudy nezavřely. Pokročme dále, abychom i my mohli říci: „*Naše duše přešla vodními proudy.*“ (Ž 123,5). Kdo totiž přešel, je zachráněn. Pán ostatně říká: „*Půjdeš-li přes vody, já budu s tebou, půjdeš-li přes řeky, nestrhne tě proud.*“ (Iz 43,2). A prorok říká: „*Viděl jsem bezbožníka povýšeného až nad Libanonské cedry: a přešel jsem, a hle, nebylo ho.*“ (Ž 36,35-36). Opusť světské věci a uvidíš, že padla povýšenost bezbožníků. Mojžíš taktéž přecházejíc světské proudy uviděl veliké vidění a řekl: „*Přeju a uvidím ten úkaz.*“ (Ex 3,3). Kdyby totiž byl býval (setrval) v chybách těla a v záludných rozkoších tohoto světa, nebyl by spatřil tak veliká tajemství.

<sup>88</sup> Sub col. 488, not. d: Mss. pauci, *excussa veste; quidam excusso vestimento.*

<sup>89</sup> Sub col. 488, not. e: Mss. aliquot satis probatae manus, *non te vincat forma concupiscentiae*, atc. iterum vero pro *laqueus amatoris*, non pauci legunt *laqueus amoris*.

<sup>90</sup> Sub col. 488, not. f: nonnulli mss., *et omnem gloriam cecidisse aspicias impiorum.*

75. Transeamus ergo et nos ignem hunc libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigando corpus suum, fecerat ut jam non timeret sibi, dicit nobis: *Fugite fornicationem* (I Cor. VI,18). Fugiamus ergo tamquam sequentem, quae non post nos, sed in nobis sequitur nosmetipsos. Ergo videamus diligenter, ne dum illam fugimus, nobiscum eam portemus. Volumus enim plerumque fugere, sed si non penitus eam de nostro excutimus animo, tollimus eam magis, quam relinquimus. Transiliamus ergo eam, ne nobis dicatur: *Ambulate in igne flammae vestrae, quem accendistis vobis* (Esai. L,11). Quoniam sicut ille *qui alligat ignem in sinu, vestimenta comburit* (Prov. VI,27); sic qui ambulat super ignem, pedes comburat necesse est; quoniam scriptum est: *Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autem non comburet* (Prov. I,28)?

76. Gravis ignis est, et ideo non demus illi alimenta luxuriae. Pascitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur. Graviora his sunt fomenta verborum, quae vino quodam Sodomitanae vitis mentem inebriant. Caveamus tamen et hujus abundantiam vini; ubi enim caro inebriatur, mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat. Et ideo ad utrumque utile praeceptum est, quo monetur Timotheus: *vino modico utere propter frequentes tuas infirmitates* (I Tim. V,23). Cum calet corpus, trahit vaporem: cum alget morbi frigore caro, refrigeratur anima tua: cum dolet corpus tuum, tristis est mens tua, sed tristitia tua in gaudium veniet.

77. Noli ergo timere si manducetur caro tua, anima tua non devoratur. Ideo David non timere se dicit; quia carnem ejus, non animam inimici edebant, sicut legimus: *Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt* (Psal. XXVI,2). Ruinam igitur solam facit sibi

75. Opusťme tedy i my tento oheň smyslnosti, kterého se obával Pavel, ovšem obává se o nás. On (totiž) trestáním (svého) těla dokázal, aby se už neobával o sebe a nám říká: „*Utíkejte od smilstva.*“ (1Kor 6,18). Utíkejme tedy tak jako před nějakou pronásledovatelkou, která nás pronásleduje ne někde za námi, ale v nás samotných. Dejme si tedy dobrý pozor, abychom si ji, zatímco před ní utíkáme, nenosili s sebou. Většinou totiž chceme utéci, avšak jestliže ji zcela neodhazujeme z našeho ducha, pak se jí více držíme, než ji opouštíme. Vynechme ji tedy (ze svých myšlenek), aby o nás neplatilo: „*Kráčíte v ohni své výhně, kterou jste si zapálili.*“ (Iz 50,11). Neboť jako onen, „*jenž si nahnul oheň do klína, si popálil oděv*“ (Př 6,27), tak i ten, kdo kráčí po ohni, musí si nutně spálit nohy; neboť je psáno: „*Může někdo kráčet po žhavém uhlí a nepopálit si nohy?*“ (Př 6,28).

76. Oheň je těžko snesitelný, a proto mu nedávejme pokrm rozkoše. Smyslnost se krmí hostinami, živí se rozkošemi, zapaluje se vínem a rozdmýchává se opilstvím. Ale ještě závažnější, než tyto věci jsou líbezná slova, která opájejí mysl jakýmsi vínem sodomských nepravostí. Chraňme se ale přece i této přemíry vína, protože když se tělo napájí, mysl vrávorá, duch kolísá a srdce je zmítáno (jako ve vlnách). A tak je dvojnásobně užitečným nařízením, kterým se napomíná Timotej: „*Užívej trochu vína pro své časté slabosti.*“ (1Tim 5,23). Když je tělo rozpáleno, probouzí to vášně. Když ale mrzne chladem nemoci, občerstvuje se tvá duše. Když tě tvé tělo bolí, je smutná tvá mysl, avšak tvůj zármutek se obrátí v radost.

77. Neboj se tedy, je-li tvé tělo stravováno, tvá duše pohlcena není. Tak i David říká, že se nebojí, protože jeho nepřátelé požírali jeho tělo, ne duši, jak čteme: „*Když se blíží ti, kdo ti škodí, aby požírali mé tělo, mí nepřátelé, kteří mne souží, sami byli oslabeni a padli.*“ (Ž 26,2). Had tedy působí zkázu sám sobě, a tak bývá

serpens; ideo serpenti traditur, qui a serpente elisus est; ut quem dejecit, hunc erigat: et fiat ruina serpentis hominis resurrectio. Satanam autem corporalis hujus contritionis et carnalis auctorem debilitatis Scriptura ostendit, Paulo dicente: *Datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae, qui me colaphizet, ut non extollar* (II Cor. XII,7). Sic ergo curare Paulus didicit, quemadmodum ipse sanatus est.

### Caput XV.

*Rediens a digressionem, quid sit venire in virga vel in spiritu mansuetudinis docet. Sequestrandum graviter lapsum, sed eum Apostoli exemplo sacris reddendum, ubi pia plebis oratione atque lacrymis fuerit expiatus. Expurgari vetus fermentum, cum litterae durities mollioris explicationis farina temperatur. Quomodo Ecclesiae farina omnes conspergi ac cibo charitatis pasci debeant; ne similes evadant invidi illius fratris, quem aemulantur Novatiani, quorum tumor illic notatur.*

78. Bonus itaque doctor dum promittit alterum de duobus, utrumque donavit. Venit in virga, quia a communione sacra convictum removet. Et bene dicitur tradi satanae, qui separatur a Christi corpore. Venit etiam in charitate, spirituque mansuetudinis, vel quia sic tradidit, ut spiritum ejus salvum faceret, vel quia eum quem ante sequestraverat postea sacramentis reddidit.

79. Nam et sequestrari oportet graviter lapsum, ne modicum fermentum totam massam corrumpat: et expurgandum est vetus fermentum, vel in singulis vetus homo, hoc est, exterior homo cum actibus suis, vel in populo inveteratus peccatis, vitiisque concretus. Et bene dixit expurgandum, non projiciendum: quod enim expurgatur, non totum judicatur inutile; ideo enim purgatur, ut utile ab inutili separetur:

hadovi vydán ten, kdo byl od hada ponechán (na pokoji), aby koho sráží, toho (vlastně nechtíc) pozdvihl, a tak se zkáza hada stala vzkříšením člověka. Písmo totiž ukazuje, že satan je původcem tohoto zkroušení a tělesné slabosti, když Pavel říká: „*A abych se nepovyšoval, byl mi do těla dán osten, posel satanův, který mne sráží.*“ (2Kor 12,7). Tak se tedy Pavel naučil léčit tím způsobem, kterým byl sám uzdraven.

### Kapitola patnáctá

*Vracejíc se tam, kde odbočil, učí, co znamená „s prutem nebo v duchu mírnosti“. Ten, kdo těžce padl má být odloučen, ale (potom také znova) přijat k posvátným věcem dle příkladu Apoštola, když bude očištěn modlitbou a slzami věřícího lidu. Že starý kvas je odstraňován, když se přísné předpisy mísí a zmírňují moukou výkladu. Jak všichni mají být zavlaženi moukou Církve a krmeni pokrmem lásky; aby nováciáni nedopadli jako podobní onomu závistivému (staršímu) bratrovi, kterého horlivě následují, čímž je jejich nadutost zřejmá.*

78. Proto dobrý učitel sice slíbil jednu ze dvou variant, ale dal obě dvě. Přišel s prutem, protože (dotyčného) zbavil účasti na svatém přijímání. A tak je správně nazván vydaným satanovi; ten, kdo se odlučuje od Těla Kristova. Přišel ovšem také s láskou a v duchu mírnosti, a to jednak proto, že ho takto vydal s tím cílem, aby jeho duch byl spasen, a pak také proto, že ho sice od svátostí nejprve vyloučil, ale potom znovu přijal.

79. Je totiž třeba toho, kdo těžce padl, i vyloučit, aby trochu kvasu nezkazilo celé těsto; a je třeba odstranit starý kvas nepravosti, který se usadil i v každém jako jeho starý člověk, to znamená člověk vnější se svými skutky, (a usadil se) i v (celém) lidu, který zastaral svými hříchy. A správně říká „odstranit“, ne vyhodit. Kde se totiž něco odstraňuje, není odsouzen celek jako neúčinný, nýbrž se očišťuje, aby se oddělilo užitečné od neúčinného; co se však

quod autem projicitur, nihil in se utile habere creditur.

80. [Alias cap. XV.] Jam tunc igitur Apostolus<sup>91</sup> reddendum sacramentis judicavit coelestibus, si purgari se ipse vellet. Et bene ait: *Expurgate*; velut enim operibus quibusdam totius populi purgatur, et plebis lacrymis abluitur, qui orationibus et fletibus plebis redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus Ecclesiae suae, ut unum per omne redimeret, quae Domini Jesu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur.

81. Hic sensus Pauli est, quem verba obscuriorem faciunt. Consideremus ipsum Apostoli sermonem: *Expurgate*, inquit, *vetus fermentum; ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi* (I Cor V,7). Sive quod tota Ecclesia suscipiat onus peccatoris, cui compatiendum et fletu, et oratione, et dolore est: et quasi fermento ejus se totam conspergat; ut per universos ea quae superflua sunt<sup>93</sup> in aliquo poenitentiam agente,<sup>94</sup> virilis misericordiae aut compassionis

vyhazuje, o tom se míní, že v sobě nemá nic užitečného.

80. Již tehdy Apoštol rozhodl, že se (potom) má znovu navrátit k nebeským svátostem, jestliže se sám chce očistit. A vhodně říká: „*očistěte se*“, jako by totiž byl očišťován nějakými skutky celého lidu a obmýván slzami společenství. Vždyť (takový člověk) se modlitbami a pláčem lidu vykupuje od hříchu a očišťuje ve (svém) vnitřním člověku. Kristus totiž chtěl, aby Církev vykupovala jednoho skrze všechny, stejně jako jí bylo dáno, aby příchodem Pána Ježíše byli všichni vykoupeni skrze jednoho.<sup>92</sup>

81. Toto je smysl Pavlových slov, který je poněkud skrytý. Všimněme si, ale jak mluví sám Apoštol: „*Vyčistěte starý kvas, abyste byli zákvaskou novou, jako jste (kvasu) prostí.*“ (1Kor 5,7). Snad (tím míní), aby celá Církev přijala břemeno hříšníka, s nímž je třeba mít soustrast v (jeho) pláči a modlitbě i bolesti, a jakoby se nechat prokvasit jeho kvasem (pokání); aby s pomocí všech bylo očištěno to, co ještě schází v pokání jednoho jakoby

<sup>91</sup> Sub col. 490, not. a: Ita Rom. edit. ac mss. omnes: at vet. edit. male praeferebant, *addendum sacramentis*; et nihilo melius ult. Paris. *credendum sacramentis*. Caeterum Ambrosius cum in aliis suis libris, tum in his potissimum graviorum criminum reos tam frequenter ut ad Ecclesiae universorumque Christianorum preces confugiant, hortatur, ut ambiguum haberi non possit, quin suffragia illa non fecerit minoris quam Tertullianus: cujus ea de re lib. de Poenit. cap. 10. verba illa sunt: *Cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras: aequae illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus pro te vulneratur*, etc. Quibus autem ceremoniis publicae illae preces ac lacrymae pro poenitentibus funderentur, discat istarum rerum studiosus ab auctore Constit. apostol. lib. II, cap. 18, et maxime lib. VIII. cap. 9; item e Conc. Laodic. canon 19; quibus si libuerit adjicere quae de hoc ritu apud Chrysostomum hom. 72 in Matth., et 18 in II ad Corinth. legere est, eundem in orientali Ecclesia receptum et communem fuisse compertum fiet. Sed in occidentali quoque ipsum non minus obtinuisse praeter citatum Ambrosium variis locis, Pacianum Exhort. ad Poenit. et epist. 1 ad Sympron. et alios, testes etiam sunt Sozomenus lib. VII Hist. cap. 16, et Ordo Romanus eo licit quo absolutionis feriae 5 in coena domini ratio describitur.

<sup>92</sup> Vykonávání veřejného pokání bylo spojeno i s povinností prosit před vstupem do chrámu vcházející křesťany o jejich modlitbu. Tato praxe je doložena mnoha církevními autory na Západě i na Východě. Viz: Tertullián O pokání, kap. 10; Apoštolské konstituce, 2. kniha, kap. 18 a 8. kniha, kap. 9; Laodicejský koncil, kán. 19; sv. Jan Zlat. kom. 72 na Matouše a 18 na 2Kor; Pacián Povzbuzení k pokání a 1. list Sympronovi; Sozomenus, 7. kniha historie, kap. 16; Ordo Romanus na místě kde se popisuje obřad rozhršení na Zelený čtvrtek.

<sup>93</sup> Sub col. 490, not. b: Quidam mss., *in aliquo patientiam agente*.

<sup>94</sup> Sub col. 490, not. c: Erasmus et seq. edit., *viritim misericordiae*. Optime sane et accommodate ad illas voces, *collativa quadam admixtione*; his enim non dubium est aliud ad laudatissimum hunc veterum morem, quo cum quispiam amicorum casu aliquo bonis aversus fuerat, illius amici viritim *επαυον*, id est, collatitiam pecuniam tribuebant, ut inde sublevaretur ejus calamitas, ut docet Casaubonus Comment. in Theoph. Charact. ad cap. *περι Αυνθαδειας*. Et eam quidem beneficentiam sic amplificavit primorum Christianorum charitas, ut Apostolo non semel illius rei teste fratribus qui non modo in eadem urbe, sed etiam in diversis atque dissitis inopia premerentur, juvandis collectae fierent. Quem morem a re corporea transtulit S. Doctor ad spiritalem. Attamen licet adverbium *viritim* peculiarem hoc loco gratiam habeat, cum *virilis* in mss. omnibus et apud Amerb. legatur, vocem hanc duximus retinendam. Neque vero ipsa suo etiam caret lepore; per eam enim hic misericordia gravis ac gemerosa requiri ostenditur, non autem mollicula et muliebris, qualem vel inepta causa saepe commovet.

velut collativa quadam admixtione, purgentur. Sive ut illa mulier Evangelica docet (Luc. XIII,21), quae tupum praetendit Ecclesiae, eo quod fermentum abscondat in farina sua, donec fermentetur totum; ut mundum omne sumatur.

82. Docuit me Dominus in Evangelio quid sit fermentum, dicens: *Non intelligitis quia non de pane dixi: Attendite a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum* (Matth. XVI,11)? Tunc, inquit, intellexerunt quia non dixit a panibus, sed a doctrina Pharisaeorum et Sadducaeorum attenderent sibi. Hoc ergo fermentum, hoc est, doctrinam Pharisaeorum, et disputationem Sadducaeorum abscondit Ecclesia in farina sua; cum litteram legis duriores spirituali interpretatione mollivit, et velut mola quadam suae disputationis infregit, proferens velut <sup>96</sup> de folliculis litterarum mysteriorum interna secreta, et resurrectionis fidem astruens; qua Dei misericordia praedicatur, qua reparari vita creditur mortuorum.

83. Non absurda autem videtur ad hunc locum assumptio comparationis hujus. Siquidem regnum coelorum est <sup>97</sup> peccatoris redemptio: et ideo farina Ecclesiae conspergamur omnes boni et mali, <sup>98</sup> ut simus omnes nova conspersio. Ne quis autem vereretur, ne fermenti vitiosioris admixtio massam decoloraret, ideo dixit: *Ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi* (I Cor. V,7); hoc est, tales conspersio vos reddet, qualis erat innocentiae vestrae pura sinceritas. Ita si misereamur, non fuscatur peccato alieno: sed <sup>99</sup>

nějakým příspěvkem a statečným i milosrdným připojením svého spolustrádání.<sup>95</sup> Anebo jako (nás) učí ona žena v Evangeliu (Lk 12,21), která obrazně představuje vzor Církve, a to tím, že zamísila kvas do svého těsta, dokud se celé neprokvasí, aby se tak všechno očistilo.

82. Co je to kvas, o tom mě poučil Pán v Evangeliu říká: „*Nerozumíte, že jsem vám nemluvil o chlebu: Dejte si pozor na kvas farizeů a saduceů.*“ (Mt 16,11). Tehdy, jak říká, pochopili, že to neřekl o chlebech, ale o tom, aby se měli na pozoru před učením farizeů a saduceů. Tento kvas tedy – to jest učení farizeů a rozpravy saduceů – skryla Církve do své mouky, když tvrdší literu zákona zjemnila duchovním výkladem a jako nějaký mlýnek ji rozemlela svými rozmluvami a z pokladnice Písma vynáší skrytá vnitřní tajemství a přidává (k tomu) víru ve vzkříšení, kterou se ohlašuje Boží milosrdenství a věří se v navrácení života mrtvým.

83. Takové přirovnání užitě na tomto místě se nezdá nevhodným. Jestliže totiž nebeské království je vykoupením hříšníka, ať jsme tedy všichni, dobří i zlí, zakvašení moukou Církve, abychom všichni byli novou zákvaskou. A aby se někdo neobával, že přimíšení závadnějšího kvasu znehodnotí těsto, proto říká: „*Abyste byli kvasem novým, jako jste (kvasu) prostí.*“ (1Kor 5,7).<sup>100</sup> To znamená, že nový kvas vás znovu činí (takovými), jaká byla čistá upřímnost vaší neposkvrněnosti. Tedy jestliže se slitováváme,

<sup>95</sup> Zde se myslí na starý chvalitebný zvyk, že když se někomu z přátel přihodilo neštěstí, ostatní přátelé pro něj uspořádali sbírku, aby tak jeho svízele ulehčili. Mluví o tom Kasaubonus. Láska prvních křesťanů toto dobrodiní rozmnožila tak, že, jak nejdou svědčí Apoštol, pořádali sbírky na pomoc nejen pro křesťany ve svém městě, ale i pro jiné žijící daleko. Tento zvyk přenesl sv. Ambrož od tělesné potřeby křesťanů na duchovní.

<sup>96</sup> Sub col. 491, not. a: *Folliculis grana seminum, velut pellicula, integuntur.*

<sup>97</sup> Sub col. 491, not. b: Germ. cod. ant., *peccatorum remissio*. At paucis interjectis ubi omnes edit., *ut simus in nova conspersione. Quis autem vereretur*, etc., omnes mss. magis commode ut in contextu.

<sup>98</sup> Sub col. 492, not. c: Edit., *ut simus in nova conspersione.*

<sup>99</sup> Sub col. 492, not. d: Mss. aliquot, *redemptione ejus acquirimus nostri gratiam*; quidam, *redemptionis ejus acquirimus gratiam.*

<sup>100</sup> Při přípravě kvašeného chleba se před pečením vždy trochu těsta odložilo, aby se to použilo jako kvas pro další těsto; to byl ten „starý kvas“, lat. fermentum. Před svátky nekvašených chlebů Židé veškerý kvas odstranili a po svátcích si znovu vytvářeli kvásek: lat. „conspersio“, tj. „pokropení“, protože nový kvas zakvasil tím, že se žitná mouka (nebo jiná kvasící surovina) namočila. „Dejme se tedy zakvasit“ by se proto mohlo přeložit i „dejme se pokropit, svlažit“ (pozn. překl.).

redemptionem ejus acquirimus nostrae gratiae; ut qualis erat puritas, perseveret. Et ideo addidit: *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus* (ibid.), hoc est, passio Domini omnibus profuit, et peccatoribus donavit redemptionem, quos flagitii poenituit admissi.

84. Itaque epulemur bonum cibum, poenitentiam gerentes, laeti redemptione; nullus enim cibus est benevolentia et pietate dulcior: epulis nostris atque laetitiae nulla de peccatore servato invidia admisceatur; ne se ipse a domo Patris, quemadmodum expositus in Evangelio invidus ille frater, excludat, qui fratrem receptum dult, quem in perpetuum gaudebat exclusum (Luc. XV,28).

85. Cujus vos similes esse, Novatiani, non potestis negare, qui ideo, ut dicitis, in Ecclesiam non convenitis, quia per poenitentiam <sup>102</sup> tributa spes fuerat his qui lapsi sunt, revertendi. Sed hoc praetentum est specie. Caeterum episcopatus amissi dolore succensus Novatianus schizma composuit.

86. Sed non intelligitis quia de vobis quoque prophetavit Apostolus, et vobis dicit: *Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis; ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit* (I Cor. V,2)? Utique tunc penitus tollitur, cum aboletur peccatum ejus; non enim excludendum ab Ecclesia dicit Apostolus, qui suadet esse purgandum.

nebarvěme na černo hřích druhého, ale k naší milosti získejme navíc i jeho vykoupení, aby čistota zůstala takovou, jakou byla. A proto dodal: „*Neboť naše Pascha<sup>101</sup>, Kristus, byl obětován.*“ To znamená, že utrpení Páně všem prospělo a přineslo vykoupení hříšníkům, kteří spáchanou hanebnost olitovali.

84. Požívejme tedy dobrého pokrmu konajíce pokání a radujíce se z vykoupení. Žádný pokrm totiž není sladší než dobroprojevnost a zbožnost. Ať se do našich hostin a radosti nevráždá žádná závist nad záchranou hříšníka; aby – tak jako onen závistivý bratr, o němž nám vykládá Evangelium – sám sebe nevytloučil z otcova domu ten, kdo trpce snášel, že bratr, z jehož trvalého vyloučení se těšil, byl přijat. (Lk 15,28).

85. Vy novaciáni nemůžete zapřít, že jste tomuto (závistivému) bratru podobní, protože tvrdíte, že nemáte ve zvyku, aby byla skrze pokání dopřána naděje na návrat těm, kteří padli. Ale to je (jenom) snaha udělat dojem. Ostatně Novacián založil schyzma byvši zanícen žalem, že nedosáhl biskupství.

86. Vy ale nechápete, že také o vás prorokoval Apoštol a vám řekl: „*A vy jste přitom nadutí, místo abyste se raději zarmoutili; odstraňte ze svého středu toho, kdo to udělal.*“ (1Kor 5,2). Zajisté tehdy se naprosto odstraňuje, když se zahluže jeho hřích. Apoštol totiž neříká, že má být z Církvě vylučován ten, kdo se usiluje být čistým.

<sup>101</sup> Velikonoční Beránek (pozn. překl.).

<sup>102</sup> Sub col. 492, not. e: Novatiani ut secessionem suam defenderent, Ecclesiam per lapsorum receptionem contendebant interiisse: ut Cyprianus epist. 52 et Pacianus p. 57 testificantur, atque adeo *in haeresim schisma verterunt*, ut loquitur Augustinus de Donatistis, qui se Novatianorum hac in parte sedulos imitatores praebuerunt. Etenim Ecclesiam, quod cum Caeciliano communicaret a librorum sacrorum, ut clamitabant, traditoribus ordinato, funditus periisse delirabant. Sed episcopatus amissi dolor Donatum non minus angebat, quam Novatianum: de quo hic Ambrosius noster, et nos in Admonitione, quae consulenda.

## Caput XVI.

*Novatiani cum Apostolo comparantur. Quam pulchre illis conveniat Domini verbum: Nescitis cujus spiritus estis. Poenitentiae studium ab eis extinguere, dum ejus fructum e medio tollunt. Hoc pacto Christi promissis privari peccatores; qui tamen non cito admittendi ad mysteria. Denique poenitentium quorundam exempla proponuntur.*

87. Cum igitur apostolus peccatum remiserit, qua vos auctoritate dimittendum negatis? Quis reverentior Christi, Novatianus, an Paulus? Sed noverat Paulus Dominum misericordem; noverat Dominum Jesum severitate magis discipulorum offensum, quam misericordia (II Cor. II,10).

88. Denique Jacobum et Joannem dicentes quod ignem de coelo peterent, qui consumeret eos, qui Dominum recipere nolebant, confutavit Jesus dicens: *Nescitis cujus spiritu estis; Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed salvas facere* (Luc. IX,55,56). Et illis quidem dixit: *Nescitis cujus spiritus estis, qui ipsius erant spiritus; vobis autem dicit: Non estis spiritus mei, qui meam clementiam non tenetis, qui meam refutatis misericordiam; qui excluditis poenitentiam, quam ego per apostolos meos praedicari volui in nomine meo.*

89. Frustra enim dicitis vos praedicare poenitentiam, qui tollitis fructum poenitentiae (Luc. XXIV,47). Homines enim ad aliquod studium aut praemiis aut fructibus incitantur: omne autem studium torpescit dilatione. Et ideo Dominus ut praesentium fructu cumlaretur devotio discipulorum, dixit quoniam qui dimississet omnia sua, et Deum sacutus esset,<sup>103</sup> septies tantum reciperet et hic et in futurum (Matth. XIX,29). Prius hic promisit, ut fastidia

## Kapitola šestnáctá

*Novaciáni jsou porovnáváni s Apoštolem. Jak krásně se na ně hodí Pánovo slovo: „Nevíte, čího jste ducha.“ Že úsilí o pokání je jimi mařeno, protože z něj odstraňují jeho plod. Tím jsou hříšníci zbavováni Kristových příslibení. Přece však nemají být k tajemstvím přijímání (příliš) rychle. Nakonec se předkládají příklady pokání některých (lidí).*

87. Když tedy Apoštol hřích odpustil, jakou autoritou vy tvrdíte, že nemá být odpouštěn? Kdo je důstojnější než Kristus? (Snad) Novacián, nebo Pavel? Ale Pavel znal Pánovo milosrdenství. Věděl, že Pán Ježíš byl více rozhořčen přisností učedníků než milosrdenstvím (2Kor 2,10).

88. Ostatně Jakuba a Jana, kteří říkali, že svolávají oheň z nebe, aby pozřel ty, co Pána nechtěli přijmout, odbyl Ježíš slovy: *„Nevíte, čího jste ducha; Syn člověka totiž nepřišel zahubit lidské duše, ale spasit je.“* (Lk 9,55-56). I jim tedy řekl: *„Nevíte, čího jste ducha.“*, ačkoliv byli jeho ducha. Vám však říká: *„Nemáte mého Ducha, protože se nedržíte mé laskavosti a odmítáte mé milosrdenství. Vylučujete (možnost) pokání, zatím co já jsem chtěl, aby bylo skrze mé Apoštoly kázáno v mém jménu.“* (por. Lk 24,47).

89. Marně totiž říkáte, že kázete pokání, zatím co ovoce pokání (Mt 3,8) odnímáte. Lidé totiž bývají pohnuti k nějakému úsilí buďto odměnami nebo plody. Oddalováním (odměny) se však každé úsilí otupuje. A proto Pán, aby blízkostí odměny zvětšil zbožnost učedníků, řekl těm, kteří opustili všechno a následovali Boha, že obdrží sedmkrát více<sup>105</sup> i zde i v budoucím věku (Mt 19,29). Nejprve slibuje zde, aby odňal znechucení z odkladu, (a pak)

<sup>103</sup> Sub col. 493, not. a: Ita vet. edit. ac multo plures mss. At Rom. edit. cum nonnullis aliis cod. habet, *centies*: quod quidem ad loci Evangelici verba scite congruit. Nihilominus tamen *septis* a Cypriano quater, et ab auctore Quaest. novi et vet. Testam. apud Augustinum ter citari observatum est a Latinio.

<sup>105</sup> V Evangeliiu je řečeno „stokrát více“.

dilationis auferret: addidit et in futurum, ut hic disceres credere in futurum quoque solvenda tibi praemia. Remuneratio igitur <sup>104</sup> praesentium, testimonium futurorum est.

90. Si quis igitur <sup>106</sup> occulta crimina habens, propter Christum tamen studiose poenitentiam egerit; quomodo ista recipit, si ei communio non refunditur? Volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus; ut ignoscatur, obsecret: et cum secundo

dodává: „*i v budoucím (věku)*“, aby ses zde naučil věřit také v odměnu, která ti má být udělena na věčnosti. Přítomná odměna je totiž svědectvím o té budoucí.

90. Jestliže tedy někdo mající tajné hříchy přece kvůli Kristu usilovně vykoná pokání, jakým způsobem tyto (slíbené odměny) obdrží, jestli mu není znovu uděleno přijímání?<sup>107</sup> Chci, aby viník doufal v milost, aby ji hledal se slzami, aby ji žádal s nářky, aby se o ni pokoušel pláčem

<sup>104</sup> Sub col 493, not. b: Cod. Clarom., *praesentium, spes est futurorum.*

<sup>106</sup> Sub col. 493, not. c: Mirum quantum hic locus Dallaeum torserit. Nam lib. III de Confess. cap. 11, illum a Perronio objectum leviter admodum transiliens: *Et haec, inquit, in Novatianos dicta sunt, significantque poenitentem reconciliari debere, quod non negamus: nemini nisi peccata apud sacerdotem occulte confesso, ullum peccatus remitti, quod nos negamus, non significant.* Sed cum non posset non videre homo ingeniosus in promptu esse adversus ipsum concludere: Si peccata occulta habentem nec non eorum causa poenitentem reconciliari oportuerit, ergo peccata occulta subjecta fuerunt poenitentiae publicae, ergo subjecta etiam fuerunt sacerdotum auctoritati: ad id quidem ille hoc loco nihil. Verum lib. IV. ejusdem operis, cap. 22, non diffitetur interdum fieri potuisse, ut qui conscientiam secretorum criminum sarcina gravem haberent, illam sponte ac sine legis cujusquam coactione exonerarent apud sacerdotem, cujus consilio volentes lubentesque publicae poenitentiae subjicerentur. Quod ibi fusius prosecutus adjicit: *Atque haec in primis praefari hoc loco visum est, ne quem turbet, aut a vero abducat, si quod vel ipse offenderit, vel ab Arnaldo allatum viderit singulare hujusmodi poenitentiae apud veteres exemplum.* Ex quibus verbis facile nec sine causa colligitur non omnino rara vel singularia visa esse ista exempla; quippe qui negare quin talia et apud Arnaldum et alibi reperiantur, ausus non fuerit. Nunc peteremus ab illo ministro, utrum esset minus scandalum quempiam occultam noxam voluntarie confessum publice poenitere, quam ex legis imperio confessum? Immo vero scandalum eo majus moveret, quo rariores essent, qui publicam pro occulte commissis agerent poenitentiam. Ergo cum hujusmodi scandalum non prohibuerit, quominus pastores ad poenitentiam publicam eos, qui voluntarie occulta confiterentur, admitterent; nec illos quoque potuit detertere, ne legem de palam confitendis etiam reconditis criminibus sancirent. Eundem rursus interrogaremus an distantia minor sit a peccato publico ad secretum voluntarie et ultro delatum, quam ad declaratum ex legali necessitate? Hoc sane dixerit nemo, cum evidentissimum sit contrarium. Cum igitur hoc tantum discrimen non fuerit impedimento, quominus occulta voluntarie confitentes iisdem publicis poenis addicerentur, quibus manifestorum scelerum reos afficiebant; nec etiam impedire debuit ne leges de secretis piaculis per eandem publicam poenitentiam qua curabantur manifesta, elundis constituerentur. Et hic clarum est praecipua illa incommoda, quae opponit necessariae occultarum culparum confessioni, quam rejecit; non minus pugnare contra voluntariam, quam admittit. Itaque haud immerit illud responsum auctori suo non satisfacit: sed tertium attulit prioribus multo futillius, cum editos omnes codices corruptionis in verbo *occulta* postulavit. Expectabamus ut editis codicibus opponeret manu exaratos, sin minus omnes, saltem aliquos, saltem unicum: quod cum nec fecerit, nec potuerit, hic unus editorum ineditorumque librorum, qua veterum, qua recentium, consensus plusquam sufficit, ut idem locus auctoritatem plene planeque conservet suam. Audiamus tamen ejus conjecturas. Primum ille sciscitatur a Catholicis, quorsum occultorum potius quam manifestorum istic mentio? Quasi vero, inquit, Novatiani solis occultis veniam negandam asseverassent, vel Ambrosius occultorum tentum exsolutionem ab Ecclesia sperandam ostenderet. Sed quis tam oculatum virum non miretur hoc loco tam caentire, ut non videat hic propterea non nisi secretorum mentionem fieri, tam quia cuilibet expeditum erat a fortiori, ut aiunt, colligere de manifestis, de quibus alioqui abunde agitur in hoc Opere; tum quia sic evidentiis fiebat crudelitate Novatianorum patere latissime, quippe qua etiam occulti peccatores a spe veniae excluderentur. Attamen urget adhuc Dallaeus, et non *occulta*, sed *multa* legendum esse credit ex eo egregie probari, quod *proclive fuerit librariis hic decipi, et pro m duplex cc legere.* Quod quidem a similitudine utriusque elementi, ab antithesi inter multa peccata et poenitentiam pro Christo susceptam hic apposita, denique a relatione quae hisce verbis cum sequenti Evangelii loco intercedit. Sed primo pergratum ille nobis fecisset, si hujusmodi lapsus aliquot exempla in medium protulisset; nobis enim nulladum observata possumus affirmare. Deinde quae causa fuit, cur in citato Lucae testimonio non idem peccarint librarii, vel saltem eodem loco admoniti fuerint admissae corruptionis? Cur illam ex argumentis adeo, ut Dallaeo videtur, perspicuis, ante ipsum nemo deprehenderit? Sed profecto non minus referentur Ambrosiana verba ad memoratum testimonium, si legeris *occulta*, quam *si multa*; nisi forte si occulta crimina non aequae multa committi possint, ac manifesta. Quod vero ad antithesin, certe in lectione nostro multo pulchrior est, cum sic clanculum admissa publicae poenitentiae opponantur. Ut cumque sit, inquit, an unicus hic locus et rationibus, et contrariis caeterorum Patrum testimoniis aequum est anteponi? Sed haec fuga est, non responsio. Nam et alios Patres hic Ambrosio contrarios esse pernegamus, et multos cum Ambrosii tum aliorum veterum locos huic suffragarii contendimus. Nonnullos notavimus priore tomo, ut puta lib. VII in Luc., p. 1465, et lib. X, pag. 1525, atque alibi. Plures etiam suppediabant in editis de hac materia libris Alexander Bibaqueus, ac Sammarithanus noster, quos consule.

<sup>107</sup> Toto místo je dokladem, že veřejné pokání bylo v starověké Církví konáno nejen z veřejných hříchů, ale i z hříchů tajných. Někteří ale namítají, že se to dalo jen spontánně a nebylo to vyžadováno žádným církevním zákonem. Migneho poznámka tento názor odmítá a tvrdí, že i za závažnější tajné hříchy bylo veřejné pokání vyžadováno.



et tertio fuerit dilata ejus communio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat, miserabilior postea revertatur, teneat pedes brachiis, osculetur osculis, lavet fletibus, nec dimittat; ut de ipso dicat Dominus Jesus: *Remissa sunt peccata ejus multa; quoniam dilexit multum* (Luc. VII,47).

91. Cognovi quosdam in poenitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, stravisse corpus suum calcandum omnibus; jejuno ore semper et pallido, mortis speciem spiranti in corpore praetulisse.

### Caput XVII.

*Severitati pietatem addendam esse, quod Apostolus praestitisse ostenditur in Corinthio. Hunc baptismate contra Novatianorum cavillos initiatum fuisse astruitur. Quibus additur non destructionem, sed castigationem carnis, per vocem interitum significari, quod etiam terrae similitudine confirmatur.*

92. Quid expectamus ut mortui mereantur veniam, qui mortem sibi intulerunt, cum viverent? Satis est, inquit, ei qui talis est, objurgatio haec quae fit a pluribus; ita ut e contrario magis donetis et consolemini; ne forte abundantiore tristitia absorbeat (II Cor. II,6). Si satis ad condemnationem est objurgatio, quae fit a pluribus, satis est quoque ad remissionem peccati obsecratio, quae fit a pluribus. Moralis magister et nostrae fragilitatis conscius, et pietatis divinae interpres, vult donari peccatum, vult consolationem adhiberi; ne tristitia poenitentem taedio longae dilationis absorbeat.

93. Ideo ergo donavit apostolus, nec solum donavit, sed etiam confirmari in eum charitatem voluit. Qui charus est, non habet duritiam, sed mansuetudinem. Nec solum donavit ipse, sed voluit etiam omnes donare, et se propter alios donasse dixit; ne multi propter unum diutius contristarentur. *Si cui, inquit, donastis, et ego;*

celého lidu; necht' snažně prosí, aby mu bylo odpuštěno. A když je jeho přijímání odloženo dvakrát i potřetí, ať věří, že (snad) žadonil málo, ať (své) nářky rozmnoží a potom se navrátí ještě žalostnější, pažemi ať se chápe nohou, ústy ať (je) líbá, obmývá slzami a neustává; aby i o něm řekl Pán Ježíš: „*Odpuštěny jsou její mnohé hříchy; protože mnoho milovala.*“ (Lk 7,47).

91. Vím o některých, kteří si v pokání tvář zvrásčili slzami, kolena rozorali neustálím nářkem, celé své tělo ztrýznili a utáhli a skrze neustálý přísný půst mělo jejich živé tělo už dopředu podobu mrtvoly.

### Kapitola sedmnáctá

*Že k přísnosti je třeba dodat laskavost, a že příklad toho ukázal Apoštol v Korintě. K tomu se proti vytáčkám novaciánů připojuje, že (ten člověk) byl už očištěn křtem. K těmto věcem se dodává, že slovo záhuba (zde) neznamená zničení, ale potrestání těla, což se potvrzuje i přirovnáním s půdou.*

92. Co čekáme, že si milost zaslouží mrtví, kteří si způsobili smrt, když ještě byli živými? „*Stačí už,*“ říká, „*tomu, kdo je takovým, to pokárání, kterého se mu dostalo od mnohých. Nyní je spíše potřeba, abyste mu odpustili a potěšili ho, aby se pod přívalem zármutku nezhroutil.*“ (2Kor 2,6). Jestliže k odsouzení stačí pokárání od mnohých, pak také k odpuštění hříchu stačí prosby mnohých. Učitel mravnosti vědom si i naší slabosti i zprostředkovávajíc Boží dobrotivost chce, aby hřích byl odpuštěn. Chce, aby bylo užito útěchy, aby kajícíka nezničila trpkost příliš dlouho trvajícího zármutku.

93. Proto tedy Apoštol odpustil, a nejenom odpustil, ale chtěl také, aby se posílila láska vůči tomu (člověku). Kdo je laskavý, nemá tvrdost, ale mírnost. A nejen že sám odpustil, ale chtěl, aby odpustili i všichni. A řekl, že sám odpustil kvůli jiným, aby už dále mnozí netrpěli zármutkem kvůli jednomu. Říká: „*Komukoli*

*nam et ego propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana; nec enim versutias ejus ignoramus* (ibid., 10). Recte potest serpentem cavere, qui ejus potest versutias non ignorare, quae multae ad nocendum sunt. Vult semper nocere, semper circumvenire; ut mortem inferat: sed debemus cavere ne remedium nostrum fiat ejus triumphus; circumvenimur enim ab eo, si per <sup>108</sup> nimiam tristitiam pereat, qui potest liberari per indulgentiam.

94. Et ut sciremus quia de baptizato dicit, addidit. *Scripti vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis hujus mundi* (I Cor. V,9). Et infra subjunxit: *Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens* (Ibid.,11). Quos simul junxit ad poenam, simul voluit etiam ad veniam pertinere. *Si quis autem talis est, inquit, cum hoc nec cibum sumas* (Ibid.). Quam severus pertinacibus, quam indulgens rogantibus! Adversum illos Christi armatur injuria, his <sup>109</sup> Christi invocatio suffragatur.

95. At ne quis forte eo moveatur, quia scriptum est: *Tradidi hujusmodi hominem Satanae in interitum carnis* (Ibid., 5), et dicat: Quomodo potuit ad veniam pertinere, cujus omnis interierat caro; cum manifestum sit in utroque redemptum hominem, in utroque salvari: neque animam sine carne, neque carnem sine anima, cum sibi sint gestorum <sup>110</sup> operum consortiis copulatae, sine consortio vel poenae esse vel praemii? Is sibi responsum hoc habeat, quod interitus non consummatam absorptionem carnis significet, sed castigationem. Sicut enim mortuus peccato, Deo vivit: ita illecebrae carnis intereunt, et cupiditatibus suis moritur caro: ut castitati caeterisque bonis operibus reviviscat.

*něco odpustíte, odpustím i já. A když já něco odpouštím – mám-li, co odpouštět – činím to v osobě Kristově kvůli vám, aby nás Satan neobelstil. Jeho úskočnost přece známe.*“ (2Kor 2,10-11). Dobře se chránit před hadem může (jen) ten, kdo dobře zná jeho úskoky, které jsou mnohé a jsou k tomu, aby škodily. On chce stále škodit, stále podvádět, aby přinášel smrt. Máme se ale chránit, aby se náš lék nestal jeho vítězstvím. Jsme totiž od něj podváděni, jestliže pro přílišnost zármutku hyne ten, kdo může být osvobozen skrze odpuštění.

94. A abychom věděli, že mluví o pokřtěném, dodává: *„Napsal jsem vám, abyste se nespojovali se smilníky tohoto světa“* (1Kor 5,9). A níže připojuje: *„Nyní jsem vám ale napsal, nespojovat se, jestliže se nějaký smilník nazývá bratrem, nebo nějaký lakomec, nebo modloslužebník.“* (v. 11). Ty, které společně zavázal k pokání, pro ty také chtěl, aby společně dosáhli milosti. *„S takovým ani nejezte.“* Jak přísný k zatvrzelým, jak milosrdný k odprošujícím. Proti tamtěm je ozbrojen Kristovým soudem, těmto spěje na pomoc vzýváním Krista.

95. A aby náhodou někdo nebyl znepokojen tím, že je napsáno: *„Vydal jsem toho člověka satanovi k záhubě těla.“* (1Kor 5,5) a neříkal: „jak mohl dosáhnout milosti ten, jehož tělo bylo celé zničeno? Je přeci jasné, že člověk je vykoupen v obojím a v obojím je spasen: ani duše bez těla, ani tělo bez duše. Jsou (přece vzájemně) spojeny stejným údělem vykonaných činů. Jak by tedy duše s tělem mohla nebýt spojena i v trestu nebo odměně?“ Ať mu je odpovědí, že záhuba zde neznamena úplné zničení těla, ale jeho potrestání. Jako totiž (člověk) mrtvý hříchu žije Bohu, tak hynou lákadla těla a tělo umírá svým žádostem, aby ožilo čistotě a ostatním dobrým skutkům.

<sup>108</sup> Sub col. 495, not. a: Germ. cod. antiquior, *nimiam obstinationem*.

<sup>109</sup> Sub col. 496, not. b: Quidam mss., *Christi invocatione suffragatur*.

<sup>110</sup> Sub col. 496, not. c: Mss. non pauci, *gestorum operumque consortes copulatae*.

96. Et quod aptius exemplum, quam de matre sumamus? Namque ipsa de qua assumpti sumus, terra, intermisso exercitio cultuque, videtur deserta: et aut vinetis quibus consitus est ager, aut oleis moritur; succum tamen proprium velut quamdam sui animam non amittit. Denique repetita cultione, et creditis seminibus, quibus habilis aestimatur, feracior assurgit fructibus. Non ergo alienum si etiam nostra caro interire sic dicitur; ut repressa magis, quam absumpta credatur.

96. A jaký vhodnější příklad si vezmeme než z matky? Totiž ta, z níž jsme vzati, země. Po zorání a obdělání se zdá pustá a umírá buďto vinné révě nebo olivoví, jímž je země oseta, a přece neztrácí svou vlastní vláhu, která je jakoby nějakou její duší. A nakonec po opětovném obdělání a po osetí vhodným semenem, povstává hojnějšími plody. Jinak tomu není ani s naším tělem, o němž se říká, že hyne, aby se věřilo, že je spíše trestáno, než ničeno.

## Caput I.

## Kapitola první

*Ambrosius libri superioris praeceptis nova subtexus, necessitatem mature agendi poenitentiam allegorice insinuat, quam et suadet agendam: deinde illius forma in Apostolo imitationi proposita, varios ejusdem fructus strictim proponit.*

1. Etsi non pauca quae ad cohortationem poenitentiae proficiant, scripta sint in libro superiore; tamen cum adjici possint complura, ne velut semesas verborum nostrorum epulas reliquisse videamur, inceptum persequamur convivium.

2. Agenda est enim poenitentia non solum sollicite, sed etiam mature: ne forte Evangelicus ille paterfamilias qui arborem ficum plantavit in vinea sua, veniat; et quaerens fructum in ea, si non invenerit, dicat cultori vineae: *Succide illam. Ut quid etiam terram occupat* (Luc. XIII, 7)? Et nisi cultor vineae interveniat dicens: *Domine, remitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam; et mittam cophinum stercoris: et si quidem fecerit fructum; sin autem, excidatur ficulnea* (ibid. 8,9).

3. Stercoremus ergo et nos agrum hunc quem possidemus, et imitemur laboriosos agricolas, quos <sup>111</sup> non pudet fimo pingui satiari terram, et immundo cinere agrum aspergere, ut fructus uberiores colligant.

4. Et quemadmodum stercorem, docet Apostolus dicens: <sup>112</sup> *Et aestimo omnia ut stercora, ut Christum lucrifaciam* (Philip. III,8); qui per infamiam et bonam famam meruit Christo placere. Legerat enim quod Abraham dum se stercus et cinerem fatetur, summa humilitate invenit Dei gratiam (Gen. XVIII,3). Legerat quod Job in stercore sedens omnia quae

*Ambrož hodlaje připojit k radám předešlé knihy nové věci, alegoricky vsouvá, že pokání je třeba konat zrale, a také nabádá k jeho konání: načez je k následování nabídnut jeho vzor v Apoštolovi, a stručně nabízí jeho různé plody.*

1. Ačkoliv mnohé věci, které prospívají k povzbuzení k pokání, byly už napsány v předešlé knize, přeci i mnohé jiné mohou být dodány, a aby se nezdálo, že jsme pokrm našich slov zanechali napůl nedojedený, pokračujme tedy v započaté hostině.

2. Pokání je totiž třeba konat nejen horlivě, ale také zrale, aby snad nepřišel onen evangelijní hospodář, který ve své vinici vypěstoval fikovník, a hledajíc na něm plod, jestliže by nenašel, řekl by vinohradníkovi: „*Vytni ho. Co tu zabírá půdu?*“ (Lk 13,7). A jestliže by vinohradník nezasáhl říkáje: „*Pane, ponech ho i tento rok, dokud ho neokopám a nehodím k němu koš hnoje, zdali by snad urodil, ne-li, ať je fikovník vyřat.*“ (Lk 13,8-9).

3. Hnojme tedy i my toto pole, které vlastníme, a napodobujme pilné rolníky, kteří se nestydí sytit zemi žírným hnojem a sypat na pole nečistý popel, aby sklízeli hojnější plody.

4. A jakého způsobu hnůj, (to nás) učí Apoštol říkáje: „*A všechno pokládám za hnůj, abych získal Krista.*“ (Flp 3,8). On si zasloužil líbit se Kristu ve zlé i dobré pověsti. Předtím totiž četl, že když Abrahám v největší poníženosti vyznával, že je prach a popel, našel Boží milost (Gn 18,3). Četl, že Job sedíc na hnoji, dostal spět všechno, co ztratil (Job 24).

<sup>111</sup> Sub col. 496, not. a: Imitatio illorum versuum e lib. I. Georg.: Ne saturare fimo pingui pudeat sola, nove / Effetos cinerem immundum jactare per agros.

<sup>112</sup> Sub col. 496, not. b: Vet edit. et pauci mss., *Et aestimo stercora*; Rom. edit. et alii pauciores, *Et aestimor stercora*; reliqui mss. ut in textu, nisi quod nonnulli habent, *aestimari*.

amiserat, recuperavit (Job. XXIV). Leberat prophetante David, quod Deus de terra suscitavit inopem, et de stercore erigit pauperem (Psal. CXII,7).

5. Et nos ergo <sup>113</sup> non erubescamus fateri Domino peccata nostra? Pudor est ut unusquisque crimina sua prodatur: sed ille pudor <sup>114</sup> agrum suum arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet, quos inter mortuos esse credebat. Sequere illum qui bene arando agrum suum, fructus quaesivit aeternos. *Maledicimur, inquit, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus* (I Cor. IV,12,13). Si et tu sic araveris, seminabis spiritualia. Ara, ut peccatum auferas, fructum acquiras. Ille aravit, ut persecutoris <sup>115</sup> in se eradicaret affectum. Quid plus potuit nobis conferre Christus ad studium correctionis, quam ut converteret, et daret nobis ex persecutore doctorem?

## Caput II.

*Apostolicum locum ab haereticis contra poenitentiam objectum solvit, eumque de baptismatis iteratione intelligendum cum singularum illius partium expositione, tum praemissa ibidem legalium baptismatum mentione ostendit; quamvis jungat eo quoque illum posse referri, ut quod impossibile sit hominibus, Deo impossibile nequaquam habeatur.*

Četl Davida prorokujícího, že Bůh ze země pozdvihuje ubožáka a chudého napřimuje z hnoje (Ž 112,7).

5. A my tedy, nestydíme se snad vyznávat Pánu své hříchy? Ano, pro každého je to hanba vyjevovat své hříchy, <sup>116</sup> ale tato hanba oře své pole, snáší neustálé trny, odtíná bodláčí, spaluje plody, o nichž věří, že jsou mrtvé. Následuj onoho, jenž dobře orajíc své pole, hledal plody věčné. „Zlořečí nám“, říká, „a my žehnáme, trpíme pronásledování a snášíme to, rouhají se nám a my se modlíme, stali jsme se jako odpadky tohoto světa.“ (1Kor 4,12-13). Jestliže bys i ty takto zoral, budeš mít duchovní (plody). Orej, abys odstranil hřích a získal plod. On oral, aby v sobě vykořenil náklonnost pronásledovatele. Co více nám mohl Kristus přispět k snaze o nápravu než to, že obrátil a dal nám z pronásledovatele učitele?

## Kapitola druhá

*Rozřešuje Apoštolova slova namítaná heretiky proti pokání, která je třeba vztahovat na opakování křtu, vykládá jednotlivé části (citátu), pak ukazuje, že v tomtéž citátu se činí připomínka „křtů“ v (Starém) zákoně; i když dodává, že ono místo může být vztahováno i na to, že co je nemožné lidem, nikterak není nemožné Bohu.*

<sup>113</sup> Sub col. 497 not. a: Hic agi de confessione quae Deo apud sacerdotem illius ea in parte vicarium editur: *Pudor est*, etc. Quem enim pudeat apud eum solum peccata fateri sua, cui eadem clarius quam sibi ipsi cognita esse perspectum habeat? Certe in eo quod illa perpetraverit, pudor esse poterit, non autem in illorum confessione. Rursus vero quod unusquisque dicitur prodere crimina sua, inde satis intelligitur non de publicis tantum criminibus et scandalo conjunctis agi, sed etiam de occultis et reconditis, quae ab aliquo sponte deferentur ad sacerdotem. Consule quae de reo minoris culpae dicuntur infra cap. 4, num. 27.

<sup>114</sup> Sub col. 497, not. b: Mss. aliquot, *agrum suum stercoreat, spinas colit*, etc.

<sup>115</sup> Sub col. 497, not. c: Mss. nonnulli, *in se eradivaret effectum*.

<sup>116</sup> Zde se jedná o vyznání, které někdo koná Bohu před knězem v úřadu jeho zástupce: „Je to hanba“ atd. Kdo by se však styděl vyznávat své hříchy před Bohem, o němž má poznání, že jsou mu tyto hříchy jasnější než jemu samému? Jistě, v tom, že je spáchal, může být hanba, ne však v jejich vyznání. Dále, pravda, když se říká, že každý vyjevuje své zločiny, z toho je dosti srozumitelné, že se nejedná jenom o veřejné zločiny a věci spojené s pohoršením, ale také o tajné a skryté, které jsou někým z vlastní pohnutky oznamovány knězi. Viz co je o vinném menšími vinami řečeno níže kap. 4, č. 27.

6. Cum igitur tam evidenti et ipsius Apostoli, et scriptorum ejus exemplo redarguntur, tamen adhuc obniti volunt, et auctoritatem aiunt <sup>117</sup> Apostolicae sibi suffragari sententiae, allegantes scriptum ad Hebraeos: *Impossibile est enim hos qui semel illuminati sunt, et gustaverunt donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, et bonum gustaverunt Dei verbum, virtutesque futuri saeculi, lapsos iterum renovari in poenitentiam, rursus crucifigentes Filium Dei, et ostentatione triumphantes* (Heb. VI,4 et seq.).

7. Numquid Paulus adversus factum suum praedicare potuit? Donavit Corinthio peccatum per poenitentiam (II Cor. II,10); quomodo hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? Ergo quia non potuit quod aedificaverat destruere, non contrarium dixisse eum, sed diversum advertimus. Quod enim contrarium est, se ipsum impugnat: quod diversum est, distinctam solet habere rationem. Ita autem contrarium non est, ut alterum suffragetur alteri. Etiam quia de remittenda praedicavit poenitentia, debuit et de iis qui iterandum putant baptismum, non silere: et prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, ut sciremus etiam post baptismum, si qui peccarent, donari eis posse peccatum; ne spe veniae destitutos iterandi baptismatis opinio vana perverteret: deinde iterandum non esse baptismi rationabili disputatione suadendum fuit.

8. De baptisate autem dictum verba ipsa declarant, quibus significavit impossibile esse lapsos renovari in poenitentiam; per lavacrum enim renovamur, per quod renascimur, sicut ipse Paulus dicit: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus* (Rom.

6. I když jsou tedy usvědčováni tak zřejmým příkladem i samotného Apoštola i jeho listů, přesto se dosud chtějí vzpírat a říkají, že jim dopomáhá výrok Apoštola citující list Židům: „*Nemožné je totiž, aby ti, kteří již jednou byli osvíceni a okusili nebeský dar a stali se účastnými Ducha svatého a okusili dobré slovo Boha a moc budoucího věku a (přesto) odpadli, znovu byli obnoveni v pokání, opět křtíjíce Syna Božího a uvádějící ho v posměch.*“ (Žid 6,4n).

7. Zdali snad Pavel mohl kázat proti svému (vlastnímu) činu? Korint'anova odpustil hřích skrze pokání (2Kor 2,10). Jak zde mohl sám odvrhnout vlastní mínění? Tedy protože nemohl bořit to, co předtím vybudoval, neříkejme, že si protirečil, nýbrž všimněme si rozdílu. Co si totiž protirečí, to vyvrací samo sebe; co však je rozdílné, má zpravidla odlišný důvod. Tak zde není protirečení, aby jedno bylo podporováno druhým. Také z důvodu, že kázal o odpuštění skrze pokání, nesměl mlčet i o těch, kteří se domnívají, že křest má být opakován. A nejprve bylo třeba nám odejmout znepokojení, abychom věděli, že i po křtu, jestliže někteří hřešili, může jim být hřích odpuštěn, aby ztratíce naději na odpuštění, nesmyslně nepřijímali představu opakování křtu. Následně bylo třeba i rozumnými důvody přesvědčovat, že křest nelze opakovat.

8. A že je to řečeno o křtu, to vysvětlují samotná slova, jimiž ukázal, že je nemožné, aby odpadnuvší byli obnoveni k pokání. Skrze koupel se totiž obnovujeme, skrze níž jsme znovuzrozeni, jak sám Pavel řekl: „*Spolu s ním jsme totiž pohřbeni skrze křest do smrti, abychom tak jako Kristus vstal z mrtvých slávou Otce, tak i my chodili v novosti života.*“ (Ř 6,4).

<sup>117</sup> Sub col. 497, not. d: Non alium locum qui magis haeresi suae patrocinari videretur, quam istum proferebant Novatiano. Et hoc quidem in causa fuit, cur serius haec epistola apud Latinos habita fuerit pro canonica, quemadmodum ex Eusebio lib. III Hist. Eccles. cap. 3, et lib. VI cap. 20 ex Philastrio, lib. de Haeres. 41 ex Hieronymo variis locis cognoscere est. Epiphanius quoque praecipuum Catharorum in eo loco firmamentum fuisse, dum de eadem haeresi loquitur, tradit. Caeterum Ambrosiana responsio verissim est, eamque nobilissimi quique scriptores doctori nostro supares aut posteriores amplexati sunt; quamquam nonnulli de poenitentia locum interpretati, moralem impossibilitatem ibi significatam maluerunt: quae responsio etiam in fine capituli indicatur.

VI,4). Et alibi: *Renovamini spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est* (Ephes. IV,23,24). Et alibi: *Renovabitur sicut aquilae juvenus tua* (Psal. CII,3): <sup>118</sup> quod etiam aquila, cum fuerit mortua, ex suis reliquiis renascitur, sicut per baptismatis sacramentum, cum fuerimus peccato mortui, renascimur Deo, ac reformamur. Unum ergo baptisma docet, sicut alibi: *Una fides, unum, inquit, baptisma* (Ephes. IV,5).

9. Illud quoque evidens, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei; quia non potuit caro nostra abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Jesu. Denique scriptum est, quia *quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in mortem ipsius baptizati sumus* (Rom. VI,3). Et infra: *Si enim complantati sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus, scientes quia vetus homo noster simul confixus est cruci* (ibid., 5,6). Et ad Colosenses ait: *Consepulti ei per baptismum, in quo et consurrexistis* (Coloss. II,12). Quod ideo scriptum est, ut credamus quia ipse crucifigitur in nobis; ut per illum peccata nostra mudentur, ut ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta. Ipse in nobis principatus et potestates triumphat; quoniam de ipso scriptum est: *Principatus et potestates ostentavit, triumphans eos in semetipso* (Coloss. II,15).

10. Ergo quod ait in hac epistola quae scribitur ad Hebraeos, impossibile esse *lapsos renovari in poenitentiam, rursus crucifigentes Filium Dei, et ostentatione triumphantes* (Hebr. VI,6), eo spectat, ut de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis; ut per illum nobis mundus crucifigatur, qui quadam triumphamus specie, dum similitudinem mortis ejus assumimus, qui

A jinde: „*Obnovte se duchem vaší mysli a oblečte nového člověka, který byl stvořen podle vzoru Boha.*“ (Ef 4,23-24). A jinde: „*Tvé mládí se obnoví jako mládí orla.*“ (Ž 102,3). Protože i orel, když zemřel, znovu povstává k životu ze svých vlastních pozůstatků,<sup>119</sup> jako skrze svátost křtu, když jsme byli mrtví hříchem, znovu se rodíme Bohu a obnovujeme se. Učí tedy jeden křest, jak (je řečeno) na jiném místě: „*Jedna víra, jeden křest.*“ (Ef 4,5).

9. Zřejmé je také to, že v tom, kdo je křtěn, je křižován Syn Boží, protože naše tělo nemůže zahladit hřích, není-li ukřižováno v Kristu Ježíši. Ostatně je psáno, že: „*všichni, kteří jsme byli pokřtěni v Kristu Ježíši, do jeho smrti jsme byli pokřtěni.*“ (Ř 6,3). A níže: „*Jestliže totiž jsme naroubováni na podobu jeho smrti, budeme zároveň i na vzkříšení, znajíce že náš starý člověk byl ukřižován spolu s křížem.*“ (Ř 6,5-6). A Kolosanům říká: „*Spolu s ním pohřbeni skrze křest, v němž jste také spolu vstali z mrtvých.*“ (Kol 2,12). To je tedy napsáno, abychom věřili, že on je křižován v nás, aby skrze něj byly očištěny naše hříchy, aby náš dlužní úpis přibil na kříž sám ten, jenž jediný může odpouštět hříchy. Vždyť o něm je psáno: „*Knížatstva a mocnosti předvedl (jako trofej), triumfujíc nad nimi sám v sobě.*“ (Kol 2,15).

10. Tedy to, co říká v listu Židům, že je nemožné, „*aby odpadnuší byli obnoveni k pokání znovu křižující Syna Božího a uvádějící ho v posměch*“ (Žid 6,6), tím myslí, abychom věřili, že je to řečeno o křtu, v němž křižujeme Syna Božího v sobě, aby skrze něj byl svět ukřižován nám, kteří jakýmsi způsobem triumfujeme, když přijímáme podobu smrti toho, který ve svém kříži předvedl a pokořil

<sup>118</sup> Sub col. 498 not. e: Rom. edit. sola, *quid est: sicut aquila cum fuerit ... sic per baptismatis*, etc. Obiter autem observandum est, aquilae illud attribui ab Ambrosio, quod vulgo de phoenice dicitur, quem ex propriis cineribus renasci fabulantur multi scriptores.

<sup>119</sup> Ambrož zde přepisuje orlu, co se všeobecně říká o fénixovi, o němž mnozí spisovatelé vyprávěli, že se znova rodí z vlastního popela.

principatus et potestates in sua cruce ostentavit ac triumphavit; ut in mortis ejus similitudinem nos quoque de principatibus quorum jugum deponimus, triumphemus. Semel autem crucifixus est Christus, semel peccato mortuus; et ideo unum, non plura baptismata.

11. Quid, quod et supra doctrinam baptismorum praemisit? Et quia multa erant baptismata in lege, merito reprehendit illos qui perfecta <sup>120</sup> dimittant, et principium verbi requirant. Docet nos scire oportere destructa esse universa legis baptismata, <sup>121</sup> unum baptisma esse in Ecclesiae sacramentis. Hortatur autem nos, ut relinquentes initium verbi, ad perfectum tendamus: *Et hoc faciemus*, inquit, *si quidem permiserit Deus* (Hebr. VI,3); non potest enim sine favore Dei aliquis esse perfectus.

12. Possem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de poenitentia dictum putat; quia quae impossibilia sunt apud homines, possible sunt apud Deum: et potens est Deus quando vult donare nobis peccata, etiam quae putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, Deo donare possibile est. Nam et impossibile videbatur, ut peccatum ablueret aqua: denique Naaman Syrus lepram suam mundari per aquam posse non credidit. Sed quod impossibile erat, fecit Deus esse possibile, qui tantam nobis donavit gratiam (IV Reg. V,11). Similiter impossibile videbatur per poenitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus apostolis suis, quod ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est (Joan. XX,22). Factum est igitur possibile quod impossibile videbatur. Sed tamen de baptismo dictum, ne quis iteraret, <sup>122</sup> vera ratione persuadet.

knížatstva a mocnosti, abychom v jeho smrti také my slavili vítězství nad mocnostmi, jejichž jho odkládáme. Jednou totiž byl ukřižován Kristus, jednou zemřel hříchu, a tudíž ne mnohé křty, nýbrž jeden je křest.

11. Proč ale předeslal, že je i nauka o křtech? Protože v Zákoně byly mnohé „křty“. Proto je oprávněně kárá, že mají zanechat věci již dokonané a vyhledávat základ slova. Učí nás znát, že je třeba, aby byly zrušeny všechny „křty“ (Starého) zákona, a že ve svátosti Církve je jediný křest. Napomíná nás však, abychom zanechávající počátek slova směřovali k dokonalosti. „*A to také učiníme*“, jak říká, „*pravda, jestliže nám toho dopřeje Bůh.*“ (Žid 6,3). Nikdo totiž nemůže být dokonalým bez Boží přízně.

12. Jistě, tomu, kdo myslí, že je to řečeno o pokání, bych také mohl říci, že, co je nemožné u lidí, je možné u Boha. A Bůh má moc nám odpustit hříchy kdykoliv chce, a to i ty, o nichž si myslíme, že nemohou být odpuštěny. A tudíž, co nám se zdá nemožné dosáhnout, to Bůh může darovat. Vždyť se zdálo nemožným i to, aby hřích byl obmyt vodou. Ostatně ani Náman Syrský neuvěřil, že jeho lepra může být očištěna skrze vodu. Ale to co bylo nemožným, učinil možným Bůh, který nám daroval tak velikou milost (2Král 5,11). Podobně se zdálo nemožným, aby hříchy byly odpouštěny skrze pokání, (a přece) to Kristus svěřil svým Apoštolům, a od Apoštolů byl tento úřad přenesen na kněze (J 20,22). Stalo se tedy možným to, co se zdálo nemožným. A přece, co bylo řečeno o křtu, aby ho někdo neopakoval, (dokládá Apoštol i dalšími) přesvědčivými důvody.

<sup>120</sup> Sub col. 499 not. a: Mss. aliquot, *dimittunt et principia Verbi requirunt*; nonnulli, *dimittant, et principalia verba requirant*.

<sup>121</sup> Sub col. 499, not. b: Mss. Aliqui et edit., *unum baptisma esse in Ecclesia. Hortatur*, etc.

<sup>122</sup> Sub col. 499, not. c: Edit. Rom. cum duobus omnino mss., *vera ratio persuadet*. Minime male. Verum cum aliam lectionem vet. edit. cum reliquis mss. iisque multo probatoribus habeant, referendum est verbum *persuadet* ad ipsum Paulum; is enim locum citatum ita exprimit, ut illum non nisi de baptismi repetitione intelligendum persuadeat.



### Caput III.

*Superiorem solutionem confirmat proposita ex Evangelio prodigi parabola, cujus singulas partes exponens, easdem contra Novatianas assertiones ita convertit, ut inde necessario deducat etiam gravissimi criminis reo, siquidem digne poenituerit, reconciliationem non denegandam.*

13. Neque enim Apostolus contra evidentem Christi doctrinam veniret, qui de peccatore poenitentiam agente comparationem <sup>123</sup> posuit eo quod peregre profectus acceptam a patre omnem substantiam devoraverit vivendo luxuriose, et postea panem patris desideraverit, cum vesceretur siliquis: et meruit stolam, annulum, calceamentum, immolationem quoque vituli, quae speciem habet passionis Dominicae, per quam coeleste sacramentum nobis donatur (Luc. XV,13 et seq.).

14. Bene dicitur quia *peregre profectus est*, qui erat a sacris altaribus separatus; hoc est enim ab Jerusalem illa quae in coelo est, civico quodam et domestico sanctorum separari domicilio. Unde et apostolus ait: *Ergo jam non estis advenae atque peregrini, sed cives sanctorum et domestici Dei* (Ephes. II,9).

15. *Et consumpsit*, inquit, *substantiam suam*. Merito consumpsit eam, cujus fides in operibus claudicabat: *Fides enim eorum quae sperantur, substantia est, rerum argumentum non apparentium* (Heb. XI,1). Et bona substantia fides, in qua <sup>124</sup> spei est nostrae patrimonium.

16. Nec mirum si fame peribat, qui divino alimento egebat; cujus desiderio compulsus: *Surgem, inquit, et ibo ad patrem meum, et dicam illi: Pater, peccavi in coelum, et coram te* (Luc. XV,18). Nonne advertitis id evidenter nobis expositum, quod emerandi gratia sacramenti ad precandum impellimur; et hoc auferre vultis,

### Kapitola třetí

*Již uvedené závěry potvrzuje předloženým podobenstvím z Evangelia o marnotratném synovi, jehož jednotlivé části vykládá, obrací je proti tvrzením novaciánů tak, že z toho nutně vyvozuje, že i člověku vinnému nejtěžším zločinem nemá být zamítnuto přijetí, jestliže jen vykonal vhodné pokání.*

13. A Apoštol by nešel proti zřejmé nauce Krista, jenž (nám) předložil podobenství o hříšníkovi činícím pokání, který odešel do cizí krajiny utratil (tam) rozmařilým životem celé jmění obdržené od otce, a potom, když se živil lusky, zatoužil po chlebu otcově; a zasloužil si oděv, prsten, obuv a také obětování býčka. Tyto věci mají (v sobě) obraz Pánova utrpení, skrze něž je nám dána nebeská svátost (Lk 15,13n).

14. Dobře je řečeno, že „*odešel do cizí země*“ ten, jenž byl oddělen od posvátných oltářů, to jest totiž od onoho Jeruzaléma, který je v nebesích, a že je jaksi oddělen od občanství a domácnosti svatých. A proto i Apoštol říká: „*Tedy již nejste příchozí a pocestní, nýbrž občané svatých a domácí Boží.*“ (Ef 2,9).

15. A říká: „*promarnil své jmění.*“ Pochopitelně je promarnil ten, jehož víra ve skutečích pokulhávala: „*Víra*“ totiž „*je podstata těch věcí, v něž se doufá, důvod věcí nezjevných.*“ (Žid 11,1). A víra je dobré jmění, v němž je dědictví naší naděje.

16. Není divu, jestliže hynul hladem ten, kdo postrádal Božský pokrm. Pohnut touhou po něm řekl: „*Vstanu a půjdu k svému otci a řeknu mu: Otče, zhřešil jsem proti nebi i před tebou.*“ (Lk 15,18). Což si nevšímate, jak zřejmě je nám vyloženo, že zásluhou svátosti jsme pobízeni k prosbě (o odpuštění)? A vy chcete odejmout

<sup>123</sup> Sub col. 500, not. d: Rom. edit. sola, *posuit in eo, qui peregre, etc.*

<sup>124</sup> Sub col. 500, not. e: Pauci mss., *spei est nostrae patrociniū.*

propter quod agitur poenitenita? <sup>125</sup> Tolle gubernatori perveniendi spem, et in mediis fluctibus incertus errabit. Tolle luctatori coronam, lentus jacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi efficaciam, desinit jactare retia. Quomodo ergo potest qui famem patitur animae suae, studiosius Deum precari, si sacrem desperet alimoniam?

17. *Peccavi, inquit, in coelum et coram te. Fatetur utique peccatum ad mortem, ne quem vos agentem cujuslibet criminis poenitentiam jure excludi putaretis; quando is qui in coelum peccavit, vel in regnum coeleste, vel in animam suam, quod est peccatum ad mortem; et peccavit coram Deo, cui soli dicitur: Tibi soli peccavi et malum coram te feci (Psal. L,6).*

18. Tam cito veniam meretur, ut venienti et adhuc longe posito occurrat pater, osculum tribuat, quod insigne est sacrae pacis: stolam proferri jubeat, quae vestis est nuptialis, quam si quis non habuerit, a convivio nuptiali excluditur: det annulum in manu ejus, quod est fidei pignus, et sancti spiritus signaculum: calceamenta defferi praecipiat (Exod. XII,11); celebraturus enim pascha Domini, epulaturus agnum, tectum debet adversus omnes incursus bestiarum spiritalium, morsusque serpentis habere vestigium: vitulum praecipiat occidi; quia *Pascha nostrum immolatus est Christus* (I Cor. V,7). Etiam quotiescumque sanguinem Domini sumimus, mortem Domini annuntiamus (I Cor. XI,26). Sicut ergo semel pro omnibus immolatus est, ita quotiescumque peccata donantur, corporis ejus sacramentum sumimus, ut per sanguinem ejus fiat peccatorum remissio.

19. Ergo evidentissime Domini praedicatione mandatum est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde, et manifesta confessione peccati

to, kvůli čemu se koná pokání? Vezmi kormidelníkovi naději na přístav a bude mezi proudy nejistě bloudit. Vezmi zápasníkovi korunu a bude nečinně ležet na zápasišti. Vezmi rybářovi úlovek a přestane házet sítě.<sup>126</sup> Jak tedy může ten, kdo trpí hladem své duše, usilovně prosit Boha, jestliže by neměl naději na posvátný pokrm?

17. Říká: „*Zhřešil jsem proti nebi i před tebou.*“ Vyznává rozhodně hřích k smrti, abyste si nemysleli, že ten, kdo spáchal jakýkoliv hřích, je vyloučen od práva činit pokání. On totiž zhřešil proti nebi nebo proti nebeskému království nebo proti své duši, což je hřích k smrti. Zhřešil před Bohem, jemuž samému je řečeno: „*Proti tobě samému jsem zhřešil a spáchal jsem, co je před tebou zlé.*“ (Ž 50,6).

18. Tak rychle si zasluhuje milost, že přicházejícímu a dosud daleko se nacházejícímu jde otec vstříc, uděluje mu polibek, což je znak svatého pokoje; přikazuje, aby byl přinesen oděv, který je svatebním rouchem, jenž kdo by neměl, je vyloučen ze svatební hostiny; nařizuje dát mu na ruku prsten, což je zárukou důvěry a znamením Ducha svatého; nařizuje přinést obuv (Ex 12,11), chce totiž slavit Pánovu Paschu, hodlá jíst Beránka - (kající syn) má být chráněn proti všem útokům duchovních šelem a proti tomu, aby měl (nějakou) stopu uštknutí hada - nařizuje zabít (vykrmené) tele, neboť „*Kristus, naše Pascha, byl obětován.*“ (1Kor 5,7). Taktéž kdykoliv přijímáme krev Páně, zvěstujeme smrt Páně (1Kor 12,26). Jako tedy byl obětován jednou za všechny, tak kdykoliv se odpouštějí hříchy, přijímáme svátost jeho těla, aby se odpuštění hříchů dělo skrze jeho krev.

19. Pánovým kázáním je tedy nepochybně nařízeno, že milost nebeské svátosti má být znovu udělena dokonce i těm, kdo jsou vinni

<sup>125</sup> Sub col. 500, not. f: Exempla prorsus istorum similia proponit epist. 55, ad Anton. Cyprianus: unde isthaec imitatum esse Doctorem nostrum facile quispiam existimavit.

<sup>126</sup> Velmi podobné příklady užívá Cyprián v listu 55 Antonínovi, z čehož se někteří zjednodušeně domnívali, že tento napodobuje našeho učitele.

poenitentiam gerent, sacramenti coelestis <sup>127</sup> refundendam gratiam. <sup>128</sup> Unde nihil vobis ad excusationem resedissee certum est.

#### Caput IV.

*Aliam objectionem ex blasphemia in Spiritum sanctum petitam retorquet in ipsos Novatianos; ostenditque per eam blasphemiam intelligi debere fidem non rectam: quod ubi Petri adversus Simonem magum sententia, nec non Evangelico testimonio confirmavit, eosdem haereticos ad reditum in Ecclesiam cohortatur, ac tantam Domini clementiam esse asserit, ut Judae traditori veniam si apud Christum poenituisset, non fuisset denegaturus.*

20. Perlatum est tamen ad nos, etiam illud vos objicere solere, quod dicatis scriptum esse: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemiae non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro* (Matth. XII,31 et seq.). Quo exemplo omnis assertio vestra <sup>130</sup> destruitur et absolvitur; scriptum est enim: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus.* Cur igitur non remittitis? Cur alligatis vincula, quae non solvitis? Cur nodos necitis, quos non relaxatis? Remittite caeteris: agite de iis, quos peccantes in Spiritum sanctum Evangelica auctoritate in perpetuum astringi putatis.

nejtěžším zločinem, jestliže by z celého srdce a veřejným vyznáním konali pokání. A z toho je jisté, že nemáte nic na omluvu, že jste setrvali (ve svém bludu).<sup>129</sup>

#### Kapitola čtvrtá

*Jinou námitku ohledně rouhání proti Duchu svatému obrací na samotné novaciány; a ukazuje, že tím rouháním je třeba rozumět nepravou víru, což když potvrdil slovy Petrovými proti Šimonu mágovi a také svědectvím Evangelia, vybízí tyto heretiky k návratu do Církve a tvrdí, že dobrotivost Pána je tak veliká, že by byl býval nechtěl odmítnout milost ani zrádci Jidášovi, kdyby se byl býval kál u Krista.*

20. Doneslo se k nám přece, že také máte ve zvyku namítat, že je psáno: „*Každý hřích i rouhání bývají lidem odpouštěny. Avšak rouhání proti Duchu se lidem neodpouští. A kdokoli by řekl slovo proti Synu člověka, odpouští se mu, kdo však řekne proti Duchu svatému, neodpouští se mu ani v tomto věku ani v budoucím.*“ (Mt 12,31n). Tímto citátem se veškeré vaše tvrzení hrouť a ruší. Bylo totiž napsáno: „*Každý hřích i rouhání se lidem odpouští.*“ Proč tedy neodpouštíte? Proč nasazujete pouta, která nesnímate? Proč vážete uzly, které nerozvazujete? Odpusťte (tedy) ostatním a jednejte o těch, o nichž se na základě autority Evangelia domníváte, že hřešíce proti Duchu svatému jsou uvázáni napořád.

<sup>127</sup> Sub col. 501, not. a: Quidam mss., *reformandam gratiam .... rediisse certum est.*

<sup>128</sup> Sub col. 501, not. b: Quam validum contra Novatianos hunc Evangelii locum arbitraretur, non aegre discas, si modo cum ejusdem expositione in Comment. super Lucam totum hoc caput conferre non pigeat.

<sup>129</sup> Jak účinným se toto místo Evangelia (podobenství o marnotratném synovi v Lk 15) zdá být proti novaciánům, to se dobře naučíš, jestliže jen nebudeš lenit pročíst si výklad téhož (autora) v Komentáři nad Lukášem, celou tu kapitulu.

<sup>130</sup> Sub col. 502, not. c: Mss. nonnulli, *destruitur et resolvitur; quidam, et absorbetur.*

21. Et tamen quos <sup>131</sup> astringat, consideremus, repetentes superiora lectionis ipsius, ut evidentius comprehendamus. Dicebat Judaei: *Hic non ejicit daemonia nisi in Beelzebub principe daemoniorum.* Respondit Jesus: *Omne regnum divisum contra se destruetur, et omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit; si enim Satanus Satanam ejicit, adversum se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus?*

21. A přece, všimněme si, které (hříšníky Pán) uvazuje.<sup>132</sup> Čtěme znovu jeho slova, abychom (jim) tím jasněji porozuměli. Židé říkali: „*Tento nevyhání démony jinak než jedině v Belzebubovi knížeti démonů.*“ Ježíš odpověděl: „*Každé království rozděleno proti sobě bude zničeno, a žádná obec nebo dům rozdělený proti sobě, nebude stát; jestliže tedy satan vyhání satana, je rozdělen proti sobě; jak*

<sup>131</sup> Sub col. 502, not d: Huic objectioni sane quam gravissimae iisdem duobus responsis quae hic adhibentur ab Ambrosio, satisfacit etiam Pacianus epist. 3, ad Sympron., sub medium. Porro his ipsis locis adductus est lib. IX de admin. Poenit. cap. 28, Morinus, ut utrique illi Patri eam doctrinam attribueret, qua peccatum aliquod vere irremissibile constituerent. Is tamen de Paciano cogitur confiteri eum mentem suam ita declarasse, ut nihil per hosce locos tamquam irremissibile significari autumaret, nisi perseverantiam in crimine seu finalem impenitentiam. Quod vero ad Ambrosianam sententiam, ubi dixisset: *Fatetur*, Ambrosius nimirum, *iis qui directe, ut illi Pharisaei, blasphemant, veniam non esse sperandam*; paucis interjectis subjungit: *Ut tamen argumenti robor eleve, peccatum illud extendit ad haereticos et schismaticos, quibus poenitentibus gratia non denegatur; ut insinuet etiam aliis, si poenitentiam agere possent, Dei misericordiam non defuturam.* Haec Morinus, cui certe quidem probandum erat doctorem sanctum existimasse blasphematoribus hujuscemodi possibilem non esse poenitentiam, quod ab illo minime praestitum est. Ad clariorem vere hujus quaestionis intelligentiam adverte locis de blasphemia in Spiritum allatis ab haereticis, hic responderi, 1° per concessionem rhetoricam qua illorum argumentum retorquetur in eos ipsos: 2° pressius eosdem locos examinari, inquirique quodnam tandem sit peccatum illud in Spiritum. Igitur ut exemplis res illustretur, hujus criminis rei pronuntiantur omnes illi, nimirum qui Christum in Beelzebul daemones ejicere calumniabantur, Simon et qui cum eo venalia crederent gratiae dona, postremo haeretici et schismatici. Cum autem his postremis veniam revertentibus, vel ipso Morino non inficiante, passim spondeat Ambrosius, Simoni quoque, si resipisset, gratiam vere promissam toto sequenti capite demonstrat; nihil est cur non idem de primis etiam eum sensisse existimemus: maxime cum lib. I. cap. 2, generatim pronuntiet: *Domunus nullum crimen excipit, qui peccata donavit omnia*; quod enim regulae hujus universalis blasphemiam ab eodem sancto habitam exceptionis loco memoratus theologus contendit, nullum idoneum hujus suae opinionis profert argumentum. Maneat ergo nullum peccatum Ambrosio simpliciter fuisse alienum a spe veniae, praeter finalem impenitentiam. Augustinus quoque in hac quaestione, quam difficillimam omnium esse in Enchiridio cap. 8, et De verbis Dom. serm. nunc 71, num 38, profitetur, eadem sententiam lib. I. Retract. cap. 19 secutus est. Si quis autem dixerit eodem modo culpas omnes dici posse irremissibiles, fatebimur id quidem; sed adjungemus blasphemiam propterea quod illi plus insit malitiae ac superbiae quam infirmitatis, proindeque multo difficilior remittatur, singulari quadam ratione sic appellatam. Vide Maldonatum in Matthaei locum de quo agitur: et Alexandrum disserttione 22 in Histor. Eccles. saeculi III; et alios tum interpretes in memoratum Matthaei textum, tum scholasticos in II Sent., dist. 43, et 2-2 B. Thomae, quaest. 14, art. 3.

<sup>132</sup> Tuto jistě nejtěžší námitku vyřešil týmiž dvěma odpověďmi také Pacianus v 3. dopisu Sympronovi, za polovinou. Dále těm samým slovům se věnuje Morinus v 9. knize o vysluhování pokání, 28. kapitole, a to tak, že oběma těmto otcům připisuje nauku, v níž podle něj skutečně ustanovili jakýsi neodpustitelný hřích. Přeci je nucen o Pacianovi uznat, že jeho (Morinovo) mínění prý vyjádřil tak, že dotčenými texty neoznačuje za neodpustitelné nic než setrvání v zločinu neboli konečnou nekajicnost. Co se týče Ambrožovy věty, k níž (Morinus) řekl: *Svědčí (totiž Ambrož), že ti, kteří se přímo rouhají jako oni farizeové, nemají naděje na milost*; k ní po dodání nemnoha slov připojil: *Aby přece zdůraznil sílu (svěho) důvodu, vztáhl onen hřích na heretiky a schizmatiky, jimž, když činí pokání, se milost neodmítá; (a) jak vkládá, dokonce i ostatním bude Boží milosrdenství na blízku, jestliže by mohli konat pokání.* Tato (slova říká) Morinus, jenž zajisté měl (důvod) svědčit, že svatý učitel (Ambrož) se domníval, že rouhači tohoto druhu nemohou konat pokání, což je od něho velmi nepřesvědčivé. K jasnějšímu porozumění této otázky se všimni míst u heretiků pojednávajících o rouhání proti Duchu, zde je odpovídáno: 1. skrze řečnickou volnost, kterou se jejich argument obrací na ně samé 2. stručněji jsou tyto citáty vykládány a probírány tak, že přeci je jakýsi hřích proti Duchu.

Aby tedy byla věc osvětlena příklady: za vinné tímto zločinem jsou prohlašováni pochopitelně ti, kteří Krista křivě obviňovali, že vyhání demony Belzebubem, (dále) Šimon (Mág) a ti, kteří spolu s ním věřili, že dary milosti lze prodávat, a následovně heretici a schizmatici. Když však těmto posledním slibuje Ambrož hojně milost, pokud se navracejí, i když Morinus nesouhlasí, a také o Šimonovi (Mágovi) dokazuje v celé následující kapitole, že mu skutečně byla slíbena milost, jestliže by býval přišel k rozumu; není nic, proč bychom se nedomnívali, že totéž soudí i o (těch) prvních. Obzvlášť když v 1. knize 2. kapitole všeobecně prohlašuje: „*Pán žádný zločin nevyjímá, neboť odpouští všechny hříchy.*“ Jmenovaný teolog tedy tvrdí, že svatý (Ambrož) z tohoto svého všeobecného pravidla činí výjimku u rouhání, ale neuvádí v prospěch tohoto svého mínění žádný vhodný argument.

Zůstává tedy (konstatovat), že pro Ambrože nebyl žádný hřích bez naděje na milost, kromě konečné nekajicnosti. Také Augustin následoval toto mínění v této otázce, kterou v Enchiridion 8. kapitola a v Řeči o slovech Páně 71.38 uznává za nejobtížnější ze všech. Totéž říká i v knize Retract. v 19. kapitole. Jestliže však někdo řekne, že tímto způsobem je možno říci o všech hříších, že jsou neodpustitelné, uznáváme to jistě; ale dodáváme, že rouhání, protože má v sobě více zloby a pýchy než slabosti, a proto se daleko obtížněji odpouští, je pravda vysloveno z nějakého zvláštního důvodu. Viz Maldonatus na místo z Matouše, o němž se jedná a 22. Alexandrova práce o dějinách Církve v III. st.; a rovněž jiné komentátory jmenovaného Matoušova textu, i scholastiky na II. Sentencii, 43 oddíl, a Tomáše 2-2 B, quaest. 14, art. 3.

*Quod si ego in Beelzebub ejicio daemona, filii vestri in quo ejiciunt (Matt. XII,24 et seq.)?*

22. De his utique expressum videmus, qui Dominum Jesum in Beelzebub ejicere daemona loquebantur, quibus sic respondit Dominus, quod Satanae haereditas in iis esset, qui Satanae compararent Salvatorem omnium, et in regno diaboli constituerent gratiam Christi. Et ut cognosceremus quia de hac dixit blasphemia, adjunxit: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* Hos ergo qui haec loquuntur, negat ad veniam pertinere.

23. Denique Petrus Simoni, qui magicae artis consuetudine depravatus, putasset quod gratiam Christi per impositionem manus, atque infusionem Spiritus sancti compararet pecunia, ait: *Non est tibi pars, neque sors in hac fide; quia cor tuum non est rectum apud Deum. Poenitentim itaque age*<sup>133</sup> *ab hac nequitia tua, et precare Dominum, si forte remittatur tibi haec recordatio cordis tui; in obligatione enim iniquitatis et amaritudine fellis video te esse (Act. VIII,21 et seq.). Vides quod hunc magica vanitate blasphemantem in Spiritu sancto Apostolica auctoritate condemnet; et eo magis quia puram conscientiam fidei non habebat: et tamen non interclusit ei spem veniae, quem invitavit ad poenitentiam?*

24. Responsum est igitur a Domino blasphemiae Pharisaeorum, et ideo his potestatis suae gratiam negat, quae in remissione peccatorum est, qui coelestem ejus potestatem diabólico fultam suffragio vindicarent. Eos quoque asserit diabólico uti spiritu, qui separarent Ecclesiam Domini; ut omnium temporum haereticos et schismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat, quod omne peccatum circa singulos est, hoc in

*tedy ob stojí jeho království? Co jestliže já v Belzebubovi vyháním demony, vaši synové vyhánějí v kom?“ (Mt 12,24n).*

22. Vidíme zajisté, že je to řečeno o těch, kteří říkali, že Pán Ježíš vyhání demony skrze Belzebuba, a jimž Pán odpověděl tak, že satanovo dědictví je v těch, kteří přirovnali Spasitele světa k satanovi a pokládali Kristovu milost za království ďáblov. A abychom rozuměli, že to řekl (právě) o tomto (jejich) rouhání, připojil: „*Pokolení zmijí, jak můžete mluvit dobré věci, když jste zlí?*“ O těch tedy, kteří říkají takové věci (tvrdí), že nedosahují milosti.

23. Nakonec Šimonovi, který se – znetvořen provozováním kouzelnického umění – domníval, že by Kristovu milost a vylití Ducha svatého získal penězi, Petr řekl: „*Ty nemáš částku ani podíl v této víře; neboť tvé srdce není přímé před Bohem. Čiň tedy pokání od této své ničemnosti, a pros Pána, jestli by ti snad byla odpuštěna tato představa tvého srdce; vidím totiž, že jsi ve svazku nepravosti a hořkosti žluči.*“ (Sk 8,21n). Vidíš, že apoštolskou autoritou odsuzuje toho, kdo se ve své čarodějnické marnosti rouhal proti Duchu svatému; a to tím více, protože neměl čisté svědomí víry. A přeci mu neuzavřel naději na milost. Cožpak ho nevybídli k pokání?

24. To je tedy Pánova odpověď na rouhání farizeů. A tudíž milost své moci, která spočívá v odpuštění hříchů, odmítá těm, kteří o (působení) jeho nebeské moci prohlašovali, že se to děje za pomoci ďábla. A také prohlašuje, že ďábelského ducha užívají ti, kdo rozdělují Církev Boží, jako jsou heretici a schismatici všech dob, jimž odmítá odpuštění. Hřích, který se týká jedněch, týká se všech. Náleží totiž ke spodině, ti, kdo chtějí rušit milost Kristovu a

<sup>133</sup> Sub col. 503, not. a: Clarom. cod., *ab hac stultitia tua*. Rursus vero ubi omnes mss. et vet. edit., *recordatio cordis tui*; Rom. sola posuit, *cogitatio cordis tui*.

universos. Soli enim sunt qui volunt solvere Christi gratiam, qui Ecclesiae membra discerpunt, propter quam passus est Dominus Jesus, Spiritusque sanctus datus est nobis.

25. Denique ut sciatis quia de dispensoribus dicit, sic habemus scriptum: *Qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit* (Matt. XII,30). Et ut sciremus de his dictum, statim subjunxit: *Ideo dico vobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemiae non remittetur hominibus* (ibid., 31). Cum dicit: *Ideo dico vobis: nonne evidentur hoc prae caeteris a nobis intelligi voluit? Meritoque adjunxit: Arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit* (Matth. VII,17); congregatio enim mala bonum facere fructum non potest. Arbor itaque congregatio est, fructus bonae arboris filii Ecclesiae sunt.

26. Et ideo revertimini ad Ecclesiam, si qui vos separastis impie. Omnibus enim conversis pollicetur veniam; quia scriptum est: *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit* (Joel II,32). Denique etiam Judaeorum populus qui dicebat de Domino Jesu: *Daemonium habet* (Joan. VIII,48); qui dicebat: *In Beelzebub ejicit daemonia* (Luc. XI,15);<sup>134</sup> qui crucifixit Dominum Jesum, Petri praedicatione vocatur ad baptismum, ut sceleris tanti merita deponat.

27. [Alias cap. V.] Sed quid mirum, si salutem negatis aliis, qui vestram recusatis,<sup>135</sup> licet illi nihil differant, qui a vobis poenitentiam petunt. Arbitror enim quod etiam Judas potuisset tanta Dei miseratione non excludi a venia, si poenitentiam non apud Judaeos, sed apud Christum egisset. *Peccavi, inquit, quod tradiderim sanguinem justum* (Matth. XXVII,54). Responderunt: *Quid ad nos? Tu videris. Quae vox alia vestra est, cum etiam*

traháj údy Církvě, pro kterou Pán Ježíš trpěl a byl nám dán Duch svatý.

25. Ostatně, abyste věděli, že to říká o těch, kdo rozdělují, máme takto napsáno: „*Kdo není se mnou, je proti mně, a kdo se mnou neshromažďuje, rozptyluje.*“ (Mt 12,30). A bychom věděli, že to bylo řečeno o nich, hned dodává: „*Říkám vám tedy: každý hřích i rouhání se lidem odpouští, rouhání proti Duchu se však lidem neodpouští.*“ (v. 31). Když říká: „*říkám vám tedy*“, není tím (snad) zřejmé, že chtěl, abychom tomu porozuměli více než jiným (slovům)? A právem dodal: „*Dobry strom nese dobré ovoce, avšak špatný strom nese ovoce zlé.*“ (Mt 7,17). Zlé shromáždění totiž nemůže přinést dobrý plod. Strom tedy je shromáždění, plody dobrého stromu jsou synové Církvě.

26. Vraťte se tedy k Církvě, jestliže jste se oddělili bezbožně. Všem obráceným totiž slibuje milost, neboť je psáno: „*Každý kdokoliv bude vzývat jméno Páně, bude spasen.*“ (Joel 2,32). Ostatně i židovský lid, který o Pánu Ježíšovi říkal: „*má démona*“ (J 8,48); který říkal: „*vyhání demony v Belzebubovi*“ (Lk 11,15); a který ukřižoval Pána Ježíše, je Petrovým kázáním volán ke křtu, aby vinu tak velkého zločinu odložil.

27. Ale co je divného na tom, že odmítáte spásu jiným, když popíráte i svou vlastní. Budiž, ti, kteří od vás pokání žádají, se (od vás) ničím neliší. Soudím totiž, že i Jidáš by býval mohl tolikerým Božím slitováním nebýt vyloučen z milosti, kdyby býval konal pokání ne před židy, ale před Kristem. „*Zhřešil jsem*“ řekl, „*neboť jsem vydal nevinnou krev.*“ (Mt 27,54). Odpověděli: „*Co je nám do toho? Ty se starej.*“ V čem se vaše slova liší, když vám i (někdo)

<sup>134</sup> Sub col. 503, not. b: Mss. aliquot, *qui crucifixit Dominum suum... ut sceleris tanti crimina deponat.*

<sup>135</sup> Sub col. 503, not. c: Omnes edit. ac mss. non pauci, *licet illi nihil deferant: quorum verborum non sensum ullum esse putamus. Melius ergo reliqui mss..., nihil different, id est, aequae peccatores haberi debeant, ac vosmet ipsi.*

minoris peccati reus vobis factum proprium confitetur? Quid respondetis aliud, nisi hoc: *Quid ad nos? Tu videris.* Hunc sermonem laqueus sequitur: eo feraliore poena, quo culpa est minor.

28. Sed si isti non convertuntur, vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentiae fideique praelso fastigio decidistis. Bonum dominum habemus, qui velit donare omnibus, qui te per prophetam vocavit dicent: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates; et memor non ero: tu autem memor esto, et judicamur* (Esai. XLIII,25).

### Caput V.

*Quod Simoni mago veniam a Petro affirmate promissam negant, refertur primo eum apostolum propter cognitam magi illius perfidiam dubia locutione uti potuisse: secundo autem apte ad causam per adverbium forte affirmationem etiam significari ex pluribus veteris Testamenti locis, ex profanorum auctorum usu, denique ex ipsis evangelistis confirmatur. Deinde addit apostolos poenitentiam cuius a Davide fructus ostenduntur, ad nos transmisisse. Postremo exemplum adducit Ephraemitarum, ad quorum instar poenitentiam nostram agendam tradit, ut ei divina misericordia et sacramenta concedantur.*

29. Referunt tamen quaestionem de verbis apostoli Petri. Quia dixit <sup>136</sup> *Ne forte* (Act. VIII,22), putant non confirmasse Petrum, ut agenti poenitentiam peccatum remitteretur. Sed considerent de quo loquatur, hoc est, de Simone, qui non ex fide crederet, sed dolium cogitaret. Denique et Dominus dicenti ei, cuius non plenam sinceritatem videret: *Sequar te, ait: Vulpes foveas habent* (Matth. VIII,20). Quem ergo Dominus ante baptismum prohibuit sequi,

vinný menším hříchem vyzná vlastní čin? Co jiného odpovídáte než toto: „*Co je nám do toho? Ty se starej.*“ Tuto řeč následuje tím hroznější trest, čím menší je vina.

28. Ale jestliže se tihle neobracejí, vraťte se aspoň vy, kteří jste rozličným pokleskem odpadli od převysoké důstojnosti neposkvrněnosti a víry. Máme dobrotivého Pána, který chce odpustit všem. On tě volal skrze proroka slovy: „*Já jsem, já, který zahlazují nepravosti; a nebudu pamatovat: ty však pamatuj, sud'me se.*“ (Iz 43,25).

### Kapitola pátá

*Protože (nováciáni) popírají milost slíbenou Petrem Šimonovi Mágovi, vysvětluje se nejprve, že Apoštol mohl výraz vyjadřující pochybnost užít kvůli poznané nevěře onoho mága: potom se však z několika míst Starého zákona, z užití světskými autory a konečně ze samotných evangelistů pohotově tvrdí, že příslovce „snad“ znamená častokrát i přísvědčení. Potom dodává, že pokání, jehož plody jsou ukázány na Davidovi, nám odevzdali Apoštolové. Nakonec uvádí příklad Efraimců a říká, že máme konat pokání jako oni, aby nám tak Božím milosrdenstvím byly dopřány i svátosti.*

29. Vznášejí přece i otázku ohledně slov apoštola Petra, protože řekl: „*Snad ti odpustí.*“ (Sk 8,22). Nazdávají se, že Petr tím nepotvrdil, že činícímu pokání se odpouští hřích. Ale ať si všimnou, o kom se hovoří, to jest o Šimonovi, který věřil ne z víry, ale zamýšlel lest. Konečně i Pán tomu, kdo mu říkal: „*Budu tě následovat.*“, a jehož neúplnou upřímnost viděl, odpověděl: „*Lišky mají svá doupatá.*“ (Mt 8,20). Když tedy Pán nedovolil, aby ho

<sup>136</sup> Sub col. 504, not d: Vet. edit., *Si forte, et putant*; Rom., *Si forte remittatur tibi, etc., et putant?* mss. vero cuncti. *Ne forte*; sed pro *putant*, aliqui legunt *putent*, aliqui etiam, *ut putant*. Non tam incommode.

quoniam fraudulentem videbat; miraris si post baptismum praevaricantem non absolvit apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere pronuntiavit?

30. Sed hoc illis responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse dico, nec verbi unius praeiudicio tantam causam strangulandam arbitror. Nam si putant dubitasse Petrum, numquid et Deus dubitavit? qui ait ad Jeremiam Prophetam: *Sta in atrio domus Domini, et responsum dabis omni Judae, iis qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba quae constitui tibi respondere illis, noli auferre verbum: forsitan audient, et avertentur* (Jerem. XXVI,2,3). Dicant ergo et Deum ignorasse quid esset futurum.

31. Sed non ignorantia eo verbo exprimitur, sed in Scripturis divinis frequens hujusmodi consuetudo advertitur; eo quod simplex sit elocutio. Siquidem et ad Ezechielem dicit Dominus: *Fili hominis, mittam ego te ad domum Israel, ad eos qui me exacerbaverunt ipsi, et patres eorum usque in hodiernum, et dices ad eos: Haec dicit Dominus, si forte audient et terrebuntur* (Ezech. II,4,5). Nesciebat ergo eos posse aut non posse converti? Non ergo semper dubitantis ista est elocutio.

32. Denique ipsi sapientes saeculi, qui omnem gloriam suam statuunt in expressione verborum, quod Latine *forte* dicimus, Graece *ταχα* non ubique pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum poetam H *ταχα χηρα εσομαι*, quod est: Cito vidua ero. Et alibi: *ταχα γαρ σε κατακτανεουσιν Αχαιοι παντες εφορμηθεντες* (Homer. lib. III Iliad.). Non enim dubitaret in omnibus simul insurgentibus, unum facile ab universis posse prosterni.

33. Sed nos nostris magis quam alienis utamur. Denique habes in Evangelio quia ipse Filius de Patre ait (cum misisset servos ad

následoval ten, o němž věděl, že je lstivý před křtem, divíš se, že Apoštol nerozhřešil toho, kdo se zpronevřoval po křtu a o němž prohlásil, že setrvává v svazku nepravosti?

30. Ale budiž jim odpověď. Já však ani neříkám, že Petr pochyboval, ani nesoudím, že na základě jednoho slova je třeba řešit takový trapičský spor. Vždyť jestliže si myslí, že pochyboval Petr, cožpak pochyboval i Bůh, když řekl proroku Jeremiášovi: „*Stůj v nádvoří domu Pánova, a dáš odpověď celému Judsku, těm, kteří přicházejí klanět se v domě Pánově, všechna slova, která jsem ti ustanovil jim sdělit, neubírej (ani) slovo: snad uslyší a odvrátí se.*“ (Jer 26,2-3). Ať tedy (rovnou) řeknou, že ani Bůh neznal budoucnost.

31. Ale tímto slovem („snad“) se nevyjadřuje nevědomost, nýbrž v Písmu svatém se ho tímto způsobem často užívá i v prostých konstatováních. I Ezechieli říká Hospodin: „*Synu člověka, já tě pošlu k domu Izraelskému, k těm, kteří mne sami roztrpčili, i jejich otcové až do dnešního dne, a řekneš jim: Toto praví Hospodin, jestliže snad uslyší a budou nastrašeni.*“ (Ez 2,4-5). Nevěděl tedy, zda se mohou nebo nemohou obrátit? Tedy ne vždy tento výraz náleží pochybujícímu.

32. Ostatně sami moudří světa, kteří veškerou svou slávu staví na slovních výrazech, to, co latinsky řekneme snad (*forte*), řecky *ταχα*, ne vždy užívají pro vyjádření pochybnosti. Tak říkají, že jejich první básník Homér řekl: „*H ταχα χηρα εσομαι*“, což znamená: „Rychle se stanu vdovou.“ A jinde: „*ταχα γαρ σε κατακτανεουσιν Αχαιοι παντες εφορμηθεντες*“ (Homér, Ilias, III. kniha.). („Brzy na tebe zaútočí všichni achájské muži a zabijí tě.“) Nepochyboval totiž, že když na něj všichni společně zaútočí, může být jeden všemi lehce poražen.

33. Ale užívejme více vlastních než cizích. Ostatně máš v Evangeliu, že sám Syn říká o Otcí (když poslal služebníky na svou vinici a zabili



vineam suam,<sup>137</sup> et occidissent) dixisse Patrem: *Mittam Filium meum dilectissimum, forsitan ipsum verebuntur* (Matth. XXI,37). Et alibi ex sua persona Filius ait: *Neque me scitis, neque Patrem meum. Si enim me sciretis, et Patrem meum forsitan sciretis* (Joan. VIII,19).

34. Si ergo his verbis usus est Petrus, quibus Deus usus est sine<sup>138</sup> praejudicio scientiae suae; cur non accipiamus et Petrum his usum sermonibus sine suae fidei praejudicio? Neque enim poterat dubitare de Christi munere, qui sibi solvendorum peccatorum dederat potestatem (Matth. XVI,19); praesertim cum versutiis haereticorum locum non deberet relinquere, qui ideo volunt<sup>139</sup> spem hominum destituere, ut iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionem.

35. Sed apostoli hoc habentes, secundum Christi magisterium poenitentiam docuerunt; sponderunt veniam, culpam relaxaverunt, sicut et docuit David dicens: *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum* (Psal. XXXI,1,2).<sup>140</sup> Utrumque enim

je), že Otec řekl: „*Pošlu svého nejmilejšího Syna, jeho snad budou mít v úctě.*“ (Mt 21,37). A jinde sám Syn říká: „*Neznáte ani mne, ani mého Otce. Jestliže byste totiž poznali mne, i mého Otce byste snad poznali.*“ (J 8,19).

34. Jestliže tedy Petr použil ta slova, která užil i Bůh bez zpochybnění své vědomosti, proč nepřijímáme, že i Petr těch slov užil bez zpochybnění své víry? Nemohl totiž pochybovat o úloze svěřené mu Kristem, který mu dal moc odpouštět hříchy (Mt 16,19); především když se neslušelo nechávat místo chytrostem heretiků, kteří totiž chtějí podkopat lidskou naději, aby u zoufajících si mohli snadněji navodit přesvědčení o (možném) opakování křtu.

35. Ale Apoštolové majíce toto (poslání odpouštět hříchy) učili pokání podle Kristova učitelského úřadu; slíbili milost, odpustili vinu, jak učil i David slovy: „*Blažení, jimž jsou odpuštěny nepravosti, a jejichž hříchy jsou přikryty. Blažený muž, jemuž Hospodin nepřičítá hřích.*“ (Ž 31,1-2).<sup>142</sup> Oba totiž nazývá

<sup>137</sup> Sub col. 505, not. a: Omnes edit. et cod Tell., *et occisi essent*; reliqui mss., *et occidissent*; Albin., *et eos occidissent*. Non male quidem, sed propter aliorum numerum et antiquitatem videtur accipiendum verbum, *occidissent*, pro periissent. Rursus post pauca, eadem edit., *sine praejudicio sententiae suae*; mss. vero, *..scientiae suae*. Melius ut per se clarum est. Unus tamen, *..conscientiae suae*.

<sup>138</sup> Sub col. 505, not. not. b: Edit., *praejudicio sententiae suae*; quidam mss., *conscientiae suae*.

<sup>139</sup> Sub col. 505, not. c: Mss. aliquot antiquae manus, *spem hominum destruere*.

<sup>140</sup> Sub col. 505, not. d: Davidica haec verba semel ac iterum superiore tomo exposita reperire est, scilicet lib. de Noe et Arca, cap. 31, num. 117, et Apol. David cap. 9, num. 49, quibus in locis baptismum ac poenitentiam a propheta significari docet sanctus Doctor. At in secundo indignum non est quod observetur ab Ambrosio inter opera quibus crimen suum David texerit, etiam ea quae lapsum ejusdem praecesserunt, enumerari; unde illa theologorum opinio qua bona opera peccato quopiam lethali mortificata per poenitentiam reviviscere autumant, non minimum capit auctoritatis. Hic vero ubi contra Novatianos disputat, rem examinat accurarius. Itaque duo in poenitentia distinguit, nempe *diluere lacrymis peccatum*, et illud *emendationibus factis operire*, quorum quidem prius ad contritionem, posterius autem ad satisfactionem referri facile catholici omnes assentientur. Et certe de primo nec Dallaeus ipse lib. VII De Poenit. et satisfact. cap. 8, a nobis dissidet. De secundo autem ibidem contra card. Bellarmin. disputans, contendit sanctum Praesulem hoc sensu loqui, ut velit peccatorem scelerum jam remissorum inhaerentes adhuc cicatrices bonis operibus quasi lituris et tectorio quodam obumbrare atque contegere. Sed contrarium orationis series aperte monstrat. Illam expende ac praecipue subjectum exemplum Ephraemitarum, ac per te ipsemet intelliges de lacrymis atque operibus omnino sermonem institui, quae non modo peccatis jam condonatis tectorium inducant, verum etiam quae divinam peccatoribus propient misericordiam, ut commissorum veniam consequantur. Quod vero ad primam partem eorumdem citati psalmi 31 versuum, quam de baptismo exponit Ambrosius, ita eam etiam interpretes Pauli, a quo eadem verba Rom. IV,7 proponuntur, vulgo accipiunt

<sup>142</sup> Tato Davidova slova se dvakrát nacházejí v předešlém svazku (tj. PL 15) v knize o Noemovi a Arše, kap. 31, č. 117, a v Apologii Davida kap. 9, č. 49. Na těchto místech sv. doktor učí, že prorok ukazuje na křest a pokání. Zadrhé pak není nezajímavé, že Ambrož mezi skutky, kterými David svůj zločin zakryl, počítá také ty, které Davidův pád předcházely. Z toho plyne názor některých teologů, podle něž dobré skutky, usmrcené některým smrtelným hříchem, skrze pokání ožívají, a tento názor má velkou vážnost. Zde pravda v rozpravě proti novaciánům zkoumá věc důkladněji. A tak rozlišil v pokání dvě věci, totiž obmýt hřích slzami a přikrýt ho nápravnými činy. A všichni katolíci se shodují, že to první se lehce vztahuje k lítosti a to druhé k zadostiučinění. A skutečně o tom prvním ani sám Dallaeus v 7. knize O pokání a zadostiučinění, kap. 8. se od nás (svým názorem) neliší. O tom

beatum dixit, et cujus iniquitas remittitur per lavacrum, et cujus peccatum tegitur operibus bonis. Qui enim agit poenitentiam, non solum diluere lacrymsis debet peccatum suum, sed etiam <sup>141</sup> emendationibus factis operire et tegere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum.

36. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, mundemus fletibus; ut audiat nos Dominus Deus noster ingemiscetes, sicut audivit lacrymantem Ephraem, quemadmodum scriptum est, dicente Deo: *Audiens audivi Ephraem lacrymantem* (Jerem. XXXI,18). Et ipsa verba Ephraem lamentantis expressit dicens: *Castigasti me, et castigatus sum, sicut vitulus non sum edoctus* (ibid.). Vitulus enim ludit, et praesepia deserit; et ideo Ephraem sicut vitulus non est edoctus, longe positus a praesepi, quia praesepi Domini deseruit, et Jeroboam secutus, vitulos adoravit (Tob. I,5), quod prophetia futurum per Aaron indicaverat, sic lapsurum populum Judaeorum. Ideoque agens poenitentiam dicit: *Converte me, et convertar; quia tu es Dominus Deus meus. Quia in novissimo captivitatis meae poenitentiam egi: et postquam cognovi, ingemui super dies confusionis, et subjectus sum tibi; quia accepi opprobrium, et demonstravi te* (Jerem. XXXI,19).

37. [Alias cap. VI.] Advertimus quomodo agenda sit poenitentia, quibus sermonibus, quibus fletibus; ut peccati dies, dies confusionis appellentur; confusio est enim, quando Christus negatur.

38. Et ideo subjiciamus nos Deo, et non subditi simus peccato: et delictorum nostrorum memoriam recesentes, tamquam opprobrium erubescamus; non velut quamdam gloriam

blaženými, i toho jehož nepravost je odpuštěna skrze koupel, i toho jehož hřích je přikryt dobrými skutky. Totiž ten kdo činí pokání, je nejen povinen obmývat svůj hřích slzami, ale také nápravnými činy přikrývat a zakrývat předešlé zločiny, aby se mu nepočítal hřích.

36. Přikrývejme tedy své pády pozdějšími činy, očišťujme je nářky. Ať nás Pán, náš Bůh slyší lkát, jako uslyšel plačícího Efraima, jak je psáno: „*Poslouchajíc uslyšel jsem Efraima plačícího.*“ (Jer 31,18). A vyjádřil i samotná slova plačícího Efraima říká: „*Potrestal jsi mne, a jsem ztrestán, jako býček nezkcrocený jsem byl.*“ (tamtéž). Býček totiž poskakuje a opouští chlév, a tudíž Efraim byl jako býček – nezkcrocený, ležící daleko od chléva, protože opustil chlév Pánův, a následovavše Jeroboáma klaněl se býčkům (Tob 1,5) - což už dopředu oznámilo proctví Áronovo, že židovský lid má v budoucnosti takto padnout. A tedy činíc pokání říká: „*Obrat' mne a budu obrácen, neboť ty jsi můj Bůh. Neboť na konci svého zajetí jsem činil pokání, a potom co jsem poznal, zanařikal jsem nad dny své hanby, a jsem ti podřizen; neboť jsem přijal opovržení a zjevil jsem tebe.*“ (Jer 31,19).

37. Všimněme si, jak je třeba konat pokání, jakými slovy, s jakými nářky; tak, že jsou dny hříchů nazývány dny hanby. Je totiž hanbou, když je popírán Kristus.

38. Podřid'me se tedy Bohu a nebuďme poddáni hřichu; a opouštěje vzpomínku na své hříchy styďme se jako při nadávce. Nehlásejme je jako nějakou slávu, jako někteří, co se chválí

---

druhém se však tamtéž, disputujíc proti kardinálovi Bellarminovi, pře, že sv. Ambrož mluví v tom smyslu, že chce u hříšníka dosud vězící rány hříchů již odpuštěných jakoby zastínit a pokrýt opravou a nějakou omítkou. Ale sled řeči otevřeně ukazuje opak. Hlavně a obzvlášť onen následující příklad Efraimců. Sám od sebe porozumíš, že mluví o slzách a skutcích, které přinášejí nejen přikrytí hříchů již odpuštěných, ale také hříšníkům naklánějí Boží milosrdenství, tak aby se usilovali o odpuštění spáchaných (hříchů). Co se týče první části téhož citátu žalmu 31, kterou Ambrož vykládá o křtu, tak jí, jak známo, řeší i vykladači Pavla, od nějž se tatáž slova nabízejí v Ř 4,7.

<sup>141</sup> Sub col. 506, not. e: Nonnulli mss., *emendationibus facta operire.*

praedicemus, sicut quidam expugnata pudicitia, et oppressa justitia gloriantur: et tanta fiat conversio, ut qui Deum non agnoscebamus, ipsi eum jam aliis demonstramus: motus autem Dominus tali conversione nostra, respondeat: *A juventute mea dilectus mihi est filius Ephraem, puer in deliciis; quoniam eo quod sermones mei in ipse sunt, memoria memor ero ejus; propterea festinavi super illum, misericordia miserebor ejus, dicit Dominus* (Jerem. XXXI,20).

39. Quam autem misericordiam nobis polliceatur, infra ostendit dicens: *Inebriavi omnem animam sitientem, et omnem animam esurientem satiavi. Ideo exsurrexi, et vidi, et somnus meus mihi dulcis est* (ibid., 25,26). Advertimus <sup>143</sup> quod peccantibus Dominus sacramenta promittat sua; et ideo omnes convertamur ad Dominum.

## Caput VI.

*A fide vel innocentia lapsos denuo hortaturus ad poenitendum, ex Esaia quid eos a Deo expectare, quidve ipsosmet praestare oporteat, docet. Hinc memorata Christi adversus Judaeos proverbiali reprehensione, per ejus occasionem saltationes et choreas perstringens, idem proverbium ad spiritalem traducit intellectum. Deinde ex Jeremia poenitentiam suscipiente pro Jerusalem, quas conditiones ea virtus requirat, aperit. Denique ut quantae sit efficaciae haec illa medicina, clarius exhibeat, qui eadem vel pro se vel pro aliis uti voluerint, multos numerat.*

40. Sed si isti non convertuntur, vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentiae fideique praelso fastigio decidistis. Bonum Dominum habemus qui velit donare omnibus, qui te per prophetam vocavit dices: *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, et memor non*

přemoženou cudností a utlačenou spravedlností. Obrácení ať se stane takovým, aby my, kteří jsme Boha neznali, již ho budeme druhým ukazovat, aby Pán pohnut takovýmto naším obrácením nám řekl: „*Od mého mládí je mi milým můj syn Efraim, oblíbený syn; protože má slova jsou v něm, v paměti na něj budu pamatovat; protože jsem se unáhlil nad ním, v milosrdenství se nad ním slituji, praví Hospodin.*“ (Jer 31,20).

39. Jaké milosrdenství nám slibuje, to ukazuje dále slovy: „*Napojil jsem každou duši žíznící a každou duši hladovou jsem nasytil. Procítl jsem a uzřel a můj spánek je mi sladkým.*“ (Jer 31,25-26). Všimněme si tedy, že hřešícím Pán slibuje své svátosti, a obraťme se všichni k Bohu.

## Kapitola šestá

*Hodlajíc povzbuzovat odpadlé od víry nebo nevinnosti k pokání učí z Izajáše, co mají očekávat od Boha a co sami mají činit. Nato po vzpomnutí Kristových výčitek Židům (vyřčených) v přísloví, vztahuje totéž přísloví na duchovní smysl. Potom z toho, jak Jeremiáš bere na sebe pokání za Jeruzalém ukazuje, které podmínky tato ctnost vyžaduje. Nakonec jasněji podává kolikeré jsou účinky tohoto léku a vypočítává mnohé, kteří se rozhodli ho užít buď za sebe anebo za jiné.*

40. Ale jestliže se tihle neobracejí, vraťte se aspoň vy, kteří jste rozličným pokleskem odpadli od převysoké důstojnosti neposkvrněnosti a víry. Máme dobrotivého Pána, který chce odpustit všem. On tě volal skrze proroka slovy: „*Já jsem, já, který zahlazuji tvé*

<sup>143</sup> Sub col. 507, not. a: Gill. ac Rom. edit., *quod poenitentibus*; Amerb. atque Eras. cum Gill. in marg. et mss. omnibus, *quod peccantibus*; ubi subintellige dummodu poenitentiam agant. At sequentis cap. initio, ubi omnes edit., *Si isti non convertantur*; omnes mss. exhient, *Sed si isti non convertuntur*; quomadmodum legitur etiam in fine cap. 4, num. 29. Caeterum haec illa versuum aliquot repetitio satis indicat quaecumque cap. superiori comprehendimus, quasi per digressionem posita esse, atque adeo in prioribus edit. capita non legitime distribui. Nec etiam ambiguum est quin ad hunc locum Sotus respexit, cum in hoc opere *non nunquam eadem inculcari ad verbum* objecit; quasi vero insolentes essent repetitiones in Ambrosio.

ero: tu autem memor esto, ut judicemur (Esai. XLIII,25). Ego, inquit, memor non ero: tu autem memor esto, hoc est: Non revoco illa, quaecumque delicta donavi tibi, velut quadam oblivione tecta sint: tu autem memor esto. Ego, inquit, memor non ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem: memor esto, ut scias donatum esse peccatum; ne glorieris quasi innocens, ne te justificando, plus ingraves: sed si vis justificari, fatere delictum tuum. <sup>144</sup> Solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum.

41. Vides quid a te exigit Deus tuus; ut memor sis ejus quam accepisti gratiae, et non glorieris quasi non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te provocet ad confitendum: vide ne reluctando mandatis coelestibus, in indevotionem Judaeorum incidias, quibus dicit Dominus Jesus: *Cantavimus vobis, et non saltastis: lamentavimus, et non plorastis* (Luc. VII,32).

42. Vilis sermo, sed non vile mysterium. Et ideo cavendum ne quis vulgari quadam sermonis hujus deceptus interpretatione, putet nobis <sup>146</sup> saltationis lubricae histrionicos motus, et scenae deliramenta mandari; haec etiam in adolescentula aetate vitiosa sunt: sed saltationem mandavit, quam saltavit David ante arcam Domini. Totum enim decet, quidquid defertur

nepravosti; a nebudu pamatovat: ty však pamatuj, sudme se.“ (Iz 43,25). Říká: „Já nebudu pamatovat, ty však pamatuj.“ To znamená, nevybavuji si znovu žádné zločiny, které jsem ti odpustil, ať jsou jakoby přikryty nějakým zapomněním. „Ty však pamatuj.“ Říká tedy: já nebudu pamatovat kvůli milosti, ty však pamatuj kvůli nápravě. Pamatuj, abys věděl, že byl odpuštěn hřích, aby ses nechválil jako neposkvrněný, aby ses ospravedlňujíc sebe ještě více neobtěžil (vinou). Ale jestliže chceš být ospravedlněn, vyznávej svůj přestupek. Skromné vyznání vin totiž rozvazuje svazek hříchů. <sup>145</sup>

41. Vidíš, co od tebe vyžaduje tvůj Bůh, abys pamatoval na milost, kterou jsi dostal, a nechválil se jako bys nedostal. Vidíš, jakým slibem odpuštění tě vyzývá k vyznání. Hleď, abys vzpíráním se nebeským příkazům neupadl do bezbožnosti Židů, kterým Pán Ježíš říká: „*Zpívali jsme vám, a netancovali jste, nařikali jsme, a neplakali jste.*“ (Lk 7,32).

42. Prostá slova, ne však prosté tajemství. Proto pozor, aby si někdo sveden nějakým lidovým výkladem těchto slov nemyslel, že se nám nařizují klátivé divadelní pohyby a bláznivá představení. Ta jsou závadná dokonce i ve věku dospívání. Ale nařizuje tanec, který tancoval David před Hospodinovou archou. Všechno totiž, cokoliv se vztahuje k zbožnosti, se sluší.

<sup>144</sup> Sub col. 507, not b: Sunt e theologis orthodoxis non pauci, qui de sacramentali confessione hic agi asseverent, quorum etiam nonnulli hoc esse *meridiana luce clarius*, pronuntiant. Fatendum tamen est a nobis hic desiderari summam illam evidentiam; cum potius agatur de confessione, quae peccatorum jam remissorum apud Deum fit. Caeterum probabilis est illorum opinio cum propter antecedentia verba, *si vis justificari, fatere delictum tuum*; et superiora illa, *vel vos revertimini, qui lapsu vario de innocentiae*, etc. Illud vero omnino certum hic et in omni opere illam supponi confessionem; ubique enim tres ejusdem partes, contritionem, declarationem ac satisfactionem, esse ad remissionem peccati necessarias, docent hi libri.

<sup>145</sup> Mnozí z pravověrných teologů tvrdí, že se zde jedná o vyznání svátostné, a někteří z nich to i prohlašují za „nad slunce jasnější“. My však přece musíme přiznat, že ona jednoznačnost by zde byla žádoucí, protože se zde mluví spíše o vyznání hříchů, které už byly Bohem odpuštěny. Přece je však mínění oněch teologů dosti správné, a to pro předcházející slova: „jestliže chceš být ospravedlněn, vyznávej svůj přestupek“ a také pro předešlá: „navraťte se aspoň vy, kteří jste rozličným pokleskem odpadli...“. To je zde a v celém díle skutečně jisté, že se mluví o tomto vyznání. Tyto knihy totiž všude učí, že tři části svátostné zpovědi – lítost, vyznání hříchů a zadostiučnění – jsou k odpuštění hříchů nutné.

<sup>146</sup> Sub col. 508, not. c: Ms. Clar., *saltationis publicae*. Latinius conjicit legendum, *saltationis ludicrae*, nimirum propter id quod sequitur, *et scenae deliramenta*: sed nihilo deteriori sensu cum omnibus et mss. et edit. legimus, *saltationis lubricae*, id est, impurae atque in luxuriam pronae, ut infra describitur. Hunc porro Lucae versiculum simili ratione interpretatur sanctus Doctor Commentarii in ejusdem Evang. lib. VI, num. 5.

religioni; ut nullum obsequium quod proficiat ad cultum et observantiam Christi, erubescamus.

43. Non ergo illa deliciarum comes, atque luxuriae praedicatur saltatio, sed qua unusquisque corpus attollat impigrum, nec humi pigra jacere membra, vel tardis sinat torpere vestigiis. Saltabat spiritaliter Paulus, cum se pro nobis extenderet, et posteriora obliviscens, priora appetens, contenderet ad bravium Christi. Tu quoque cum ad baptismum venis, manus elevare, pedes quibus ad aeterna conscendas, velociores habere moneris (Phil. III,13,14). Haec saltatio fidei socia, gratiae comes.

44. Hoc est ergo mysterium: *Cantavimus vobis, novi utique canticum Testamenti: et non saltastis, hoc est, non elevastis animam ad spiritalem gratiam. Lamentavimus, et non plorastis, hoc est, non egistis poenitentiam. Et ideo derelictus est Judaeorum populus; quia nec egit poenitentiam,*<sup>147</sup> *et gratiam refutavit. Per Joannem poenitentia, per Christum gratia. Istam quasi Dominus donat, illam quasi servus annuntiat. Utrumque igitur Ecclesia custodit, ut et consequatur gratiam, et non abjiciat poenitentiam; gratia enim munus largientis est, poenitentia delinquentis remedium.*

45. Scivit Jeremias magnum remedium esse poenitentiae, quam in Threnis suis suscepit pro Jerusalem, et ipsam inducit agentem Jerusalem dicens: *Plorans ploravit in nocte, et lacrymae ejus in maxillis ejus, nec est qui consoletur eam*<sup>148</sup> *ab omnibus qui diligunt eam. Viae Sion lugent* (Thren. I,2). Et adjecit: *In his ergo fleo, oculi mei caligaverunt a fletu, quia elongavit a me, qui me consolabatur* (Thren. I,16). Advertimus quod hunc malorum suorum acerbissimum cumulum arbitrabatur, quia deerat qui consolaretur moerentem. Quomodo ergo vos ipsam

Nestyďme se za žádnou službu, která přispívá k uctění Krista a k poslušnosti jemu.

43. Nekáže se (nám) onen tanec, který je průvodcem provinění a rozmařilosti, ale ten, kterým člověk pozdvihuje nelenivé tělo. Údy nemají lenivě ležet na zemi ani je nemáme nechat malátnět loudavými kroky. Duchovně tančil Pavel, když se pro nás namáhal a zapomínaje na minulé a upíraje se k věcem důležitým, usiloval se o Kristův vítězný věnec (Flp 3,13-14). Ty také, když přicházíš ke křtu, jsi napomínán, abys pozdvihoval ruce, a nohy, jimiž vystupuješ k věčnosti, abys měl rychlejší. Takový tanec je společníkem víry, průvodcem milosti.

44. Toto je tedy tajemství (těch slov): „*Zpívali jsme vám*“, zajisté píseň Nového zákona; „*a netancovali jste*“, to jest, nepozdvihli jste duši k duchovní milosti. „*Nářkali jsme, a neplakali jste.*“, to jest, nekonali jste pokání. A proto byl opuštěn židovský lid, protože neučinil pokání a odmítl milost. Skrze Jana pokání, skrze Krista milost. Milost dává Kristus jako Pán. Pokání ohlašuje Jan jako služebník. Obojí tedy Církev zachovává, milost následuje a pokání neodvrhne. Milost je totiž darem dobrodince. Pokání lékem pro hříšníka.

45. Jeremiáš věděl, že pokání je velkým lékem, a také ho v knize Nářků podstoupil za Jeruzalém. Říká zde, že sám Jeruzalém činí pokání: „*V pláči zaplakala v noci, slzy jí kanou po tvářích, a není toho, kdo by ji potěšil ode všech, kdo ji milují. Cesty Sionu jsou prázdné.*“ (Pláč 1,2). A dodává: „*Nad těmi věcmi tedy pláču, oči mé potemněly od nářku, neboť ode mne vzdálil toho, kdo mne potěšoval.*“ (Pláč 1,16). Vidíme, že to (dcera Jeruzalémská) pokládala za nejtrpčí vrchol svých zel, když byl pryč ten, kdo provinilou potěšoval. Jak to, že

<sup>147</sup> Sub col. 508, not d: Mss. complures, *refutavit; per Joannem poenitentiam, per Christum gratiam; aptius tamen alii et omnes edit. ut in textu.*

<sup>148</sup> Sub col. 508, not. e: Cod. Clar., *ab omnibus qui derelinquunt eam.*

consolationem aufertis, qui spem relaxandae negatis poenitentiae?

46. Sed audiant qui agunt poenitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimorum concussione viscerum, qua cordis conversione: *Vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus est a fletu meo, conversum est cor meum in me* (ibid.,20).

47. Cognovisti intentionem animi, fidem mentis cognose, et habitum corporis. *Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt seniores filiae Sion, et imposuerunt terram super caput suum, praecinxerunt se cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Jerusalem defecerunt in lacrymis, oculi mei caligaverunt, turbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea* (Thren. II,10,11).

48. Sic flevit et Ninive populus, et denuntiatum excidium civitatis evasit (Jonae III,5); tanta est enim poenitentiae medicina, ut mutare videatur suam Deus sententiam. In te est igitur ut evadas: vult rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi supplicari. Homo es, et vis rogari, ut ignoscas, et putas Deum tibi non roganti ignoscere?

49. Ipse Dominus Jerusalem flevit (Luc. XIX,41), ut quia ipsa flere nolebat, Domini lacrymis <sup>149</sup> ad veniam pertineret. Ipse nos flere vult, ut evadere possimus, sicut habes scriptum in Evangelio: *Filiae Jerusalem, nolite me flere, sed vos ipsos flete* (Luc. XXIII,28).

50. Flevit David, et meruit ut mortem populi pereuntis divina removeret misericordia (II Reg. XXIV,10); quando tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua majorem Domini miserationem experiretur, elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere; cum Deus etiam prophetas jusserit flere pro populis?

tedy vy, kteří popíráte naději na konec pokání, odnímate i samotnou útěchu?

46. Ale ať slyší, ti, kdo činí pokání, jakým způsobem ho mají konat, s jakým úsilím, s jakým zanícením, s jakým úmyslem, s jakým pohnutím nejhlubšího nitra, s jakým obrácením srdce. Říká: „*Pohled, Pane, neboť se soužím, mé nitro je rozechvěno od mého pláče, srdce se mi obrací v nitru.*“ (Pláč 1,20).

47. Poznal jsi úmysl, poznej (také) víru a rozpoložení těla. Říká: „*Starší siónské dcery seděli na zemi a mlčeli a sypali si hlínu na hlavu, opásali se žinicí, knížata ležela na zemi, jeruzalémské panny strádaly v slzách, oči se mi zatemnily, vnitřnosti se mi zachvěly, má sláva byla rozlita po zemi.*“ (Pláč 2,10-11).

48. Takto plakal i lid (města) Ninive a unikl od ohlášeného zničení města (Jon 3,5). Taková je totiž léčivá síla pokání, že se zdá jako by Bůh změnil své mínění. Na tobě tedy je, abys vyvázl. Pán chce být prošen, chce, aby se v něj doufalo, chce být doprošován. Jsi člověk a chceš být prošen, abys odpustil, a myslíš, že Bůh ti odpustí, když ho neprosíš?

49. Sám Pán oplakával Jeruzalém (Lk 19,41), aby když sám plakat nechtěl, dosáhl milosti Pánovými slzami. Chce, abychom plakali my sami, a tak jsme mohli vyvážnout, jak máš napsáno v Evangelii: „*Dcery Jeruzalémské, neplačte nade mnou, ale plačte sami nad sebou.*“ (Lk 23,28).

50. Plakal David a dosáhl toho, že Božím milosrdenstvím odvrátil smrt hynoucího lidu (2Sam 24,10), když si, po tom, co mu byly předloženy tři možnosti, vybral tu, ve které očekával větší Hospodinovo slitování. Proč se tedy ty stydíš oplakávat své hříchy, když Bůh dokonce prorokům nařídil plakat za národy?

<sup>149</sup> Sub col. 509, not. a: Rom edit., *ad veniam pertingeret*. Haud male, nisi sola esset.

51. Denique et Ezechel jussus est flere Jerusalem, et accepit librum, in cuius capite scripta erat: *Lamentatio, et melos et vae* (Ezech. II,9), duo tristia et unum delectabile; quoniam ille salvus erit in futurum, qui in hoc saeculo plus fleverit: *Cor enim sapientium in domo luctus, et cor stultorum in domo epularum* (Eccl. VII,5). Et ipse Dominus ait: *Beati qui nunc fletis; quia ridebitis* (Luc. VI,21).

## Caput VII.

*Ad flenda et confitenda peccata hortatur, asserens peccatoris et Ecclesiae lacrymis Christum excitari, ut illum justificet: quod accommodata Lazari suscitati historia mire illustrat. Ubi postquam ostendit Novatianos Judaeorum de interficiendo Lazaro cogitantium successores esse, perfectum cujuscumque peccati justificationem per odorem unguenti a Maria in Christi pedes effusi expressam docet: rursusque eosdem haereticos in Judae, cum caeteri gauderent, invidentis persona signatos monstrat.*

52. Fleamus igitur ad tempus, ut exsulemus in aeternum. Timeamus Dominum, praeveniamus eum confitendo peccata nostra, corrigamus lapsus nostros, emendemus errorem; ne et de nobis dicatur: *Heu me, anima mea! quia*<sup>150</sup> *periit reverens a terra, et qui corrigit in hominibus non est!* (Mich. VII,2).

53. Quid vereris apud bonum dominum tuas iniquitates fateri? *Dic, inquit, iniquitates tuas, ut justificeris* (Esai. XLIII,26). Adhuc reo culpae justificationis praemia proponuntur; ille enim justificatur, qui proprium crimen sponte agnoverit: denique *justus in exordio sermonis accusator est sui* (Prov. XVIII,17). Novit omnia Dominus, sed expectat vocem tuam; non ut puniat, sed ut ignoscat: non vult ut insultet tibi

51. Ostatně i Ezechielovi bylo přikázáno oplakávat Jeruzalém a dostal knihu, v jejíž hlavě bylo napsáno: „*Nářek, zpěv a běda.*“ (Ez 2,9). Dvě zarmucující věci a jedna potěšující. Ten totiž bude v budoucnosti spasen, kdo v tomto světě více plakal. „*Srdce moudrých je totiž v domě nářku a srdce hlupáků v domě hodování.*“ (Kaz 7,5). A sám Pán říká: „*Blahoslavení vy, kdo nyní pláčete, neboť se budete smát.*“ (Lk 6,22).

## Kapitola sedmá

*Povzbuzuje k oplakávání a vyznávání hříchů prohlašujíc, že Kristus je slzami hříšníka a Církeve burcován, aby ho ospravedlnil, což obdivuhodně osvětluje přízpusobeným příběhem vzkříšeného Lazara. Pak ukazuje, že novaciáni jsou následníky Židů uvažujících o zabití Lazara; učí, že dokonalé ospravedlnění člověka z hříchu je vyjádřeno skrze vůni masti vylité Marií na Kristovy nohy; a znovu ukazuje, že titíž heretici jsou naznačeni v osobě Jidáše, (který) záviděl, zatím co se ostatní radovali.*

52. Plačme tedy načas, abychom jásali navěky. Obávejme se Pána, předejděme ho vyznáváním našich hříchů, napravme své pády, opravme omyl; aby se neříkalo i o nás: „*Běda mi, duše má! Zbožný vyhynul ze země a toho, kdo by napravoval, není mezi lidmi.*“ (Mich 7,2).

53. Co se obáváš vyznávat své hříchy před (tak) dobrým Pánem? (On) říká: „*Pověz své nepravosti, abys byl ospravedlněn.*“ (Iz 43,26). Obžalovanému se dosud nabízí ospravedlnění od viny. Ten se totiž ospravedlňuje, kdo nejprve sám od sebe poznal svůj zločin. Ostatně: „*Spravedlivý je v úvodu řeči svým žalobcem.*“ (Př 18,17). Pán ví všechno, ale čeká na tvůj hlas, ne aby trestal, ale aby odpustil. Nechce, aby tě

<sup>150</sup> Sub col. 509, not. b: Vet. edit., *periit timor tuus*; mss. partim, *periit timoratus*; partim, *periit reversens*: quos sicut et Rom. edit. secuti sumus.

diabolus, et celantem peccata tua arguat. Praeveni accusatorem tuum: si te ipse accusaveris, accusatorem nulum timebis: si te detuleris ipse, etsi mortuus fueris, revivisces.

54. Venit ad monumentum tuum Christus, et si viderit flere pro te Martham boni feminam ministerii, flere Mariam quae attente audiebat verbum Dei, sicut sancta Ecclesia quae optimam partem sibi elegit; movebitur misericordia, cum viderit in tuo obitu lacrymas plurimorum, et dicet: *Ubi posuistis eum* (Joan. XI,34)? hoc est, in quo reorum statu est, in quo poenitentium ordine. Videam quem fletis;<sup>151</sup> ut lacrymis suis ipse me moveat. Videam si jam peccato ei cujus venia poscitur, defunctus est.

55. Dicet ei plebs: *Veni, et vide* (ibid.). Quid est, *veni*? Hoc est, veniat peccatorum remissio, veniat defunctorum vita, mortuorum resurrectio, veniat et in hunc peccatorem regnum tuum.

56. Veniet, et levare lapidem jubebit, quem cervicibus peccatoris lapsus imposuit. Potuit remove lapidem imperio sermonis; jubenti enim Christo etiam insensibilis solet natura

napadl ďábel a usvědčil tě, že zakrýváš své hříchů. Předběhni svého žalobce. Jestliže se sám ponížíš, i kdybys byl mrtev, znovu ožiješ.

54. K tvému hrobu přichází Kristus, a jestliže uvidí nad tebou plakat Martu, ženu dobré obsluhy, (uvidí) plakat Marii, která pozorně poslouchala Boží slovo, tak jako svatá Církev, a která si vyvolila lepší podíl, (pak) bude pohnut milosrdenstvím. A když při tvé smrti uvidí slzy mnohých, řekne: „*Kam jste ho položili?*“ (J 11,34). To jest, v kterém je stavu viníků, v kterém řádu kajících?<sup>152</sup> Podívám se na toho, nad nímž pláčete, aby mě svými slzami pohnul sám. Ať vidím, jestli ten, jehož omilostnění se žádá, už zemřel hříchu.

55. Řekne mu lid: „*Pojď a podívej se.*“ Co znamená „*pojď*“? To je: ať přijde odpuštění hříchů, ať přijde život zesnulých, vzkříšení mrtvých, ať i k tomuto hříšníkovu přijde tvé království.

56. Přijde a rozkáže, aby byl zvednut kámen, který na šíji hříšníka přivalil (jeho) pád. Mohl kámen odvalit (pouhým) slovem rozkazu. Když totiž rozkazuje Kristus, poslouchá dokonce i

<sup>151</sup> Sub col. 509, not. c: Rom. edit. cum mss. duobus, *si lacrymis suis ipse se moveat*. Commodius aliae cum mss. reliquis, ut in contextu. Caeterum quae hoc num. et seq. traduntur a sancto Ambrosio, ea planissime declarant, quidquid supra de confessione apud solum Deum secreto facta dictum videbatur, eo sensu intelligendum, ut apud sacerdotem quoque ipsa ederetur. Hac in re ne Dallaeus quidem a nobis dissidet, nisi quatenus publice coram Ecclesia contendit eadem exomologesin fieri debuisset. Cum vero suam hanc assertionem probari putet e cap. 10 hujusce libri; ejus rationes istic expendemus. Interim qua poenitentium stationes quarum singulae variis hujus operis locis attinguntur, hic indicantur in universum, eas libuit hoc loco verbis Matthaei Blastaris in Nomocan. repraesentare: *Poenitentes*, inquit, *in quatuor ordines distinguuntur, flentes, audientes, substratos, et consistentes. Flentes illi sunt qui stant extra portam oratorii, et ab ingredientibus et egredientibus fidelibus et precum subsidium postulant, et peccati condonationem. Audientes illi sunt qui stant extra portam, in loco qui narthex dicitur, et divinas Scripturas communisque doctrinae explicationem audiunt, et postea cum catechumenis exeunt. Substrati vero sunt qui intra Ecclesiam stant, sed post ambonem, ipsique cum catechumenis exeunt, cum solemne illis: Quicumque catechumeni, a diacono promulgatur. Consistentes denique cum fidelibus precantur et psallunt: sed tamen sanctorum participatione abstinentur, donec elapso tempore statuo, divinae communionis perfectio eos exceperit.* Haec ille: quem quia rem omnium clarissime explicat, hic exscripsimus.

<sup>152</sup> Tato a následující slova, která se od sv. Ambrože pod tímto číslem podávají, plně osvětlují vše, co se výše zdálo, že bylo řečeno o vyznání pouze před Bohem v tajnosti, že je tomu třeba rozumět v tom smyslu, aby se to vyjevilo také před samotným knězem. V této věci se s námi Dallaeus rozchází, ale pouze v tom, že prosazuje, že totéž vyznání se má dít veřejně před Církví. Protože však myslí, že se jeho tvrzení dokazuje z 10. kapitoly téže knihy, budeme jeho důvodům oponovat tam. Zatím zde všeobecně ukážeme, jaké byly stupně kajících, a jaké jednotlivé skutky se jich týkaly. Na tomto místě se nám hodí je představit slovy Matthea Blastara na Nomokánon. Říká: „Kající se dělí do čtyřech řádů: plačící, poslouchající, podřízení a spolustojící. Plačící jsou ti, kteří stojí před branou chrámu a žádají od vcházejících a vycházejících věřících i pomoc v modlitbách i odpuštění hříchu. Poslouchající jsou ti, kteří stojí před branou na místě, kterému se říká narthex a poslouchají Písmo svaté a výklad obecné nauky a potom vycházejí spolu s katechumeny. Podřízení však jsou ti, kteří stojí uvnitř chrámu, ale za ambonem, a také oni vycházejí spolu s katechumeny, když se jáhnem slavnostně prohlašuje ono: Kteříkoliv jste katechumeni. A konečně spolustojící se modlí a zpívají spolu s věrnými, ale přece se zdržují od účasti na svátostech, dokud nejsou v stanovený čas přijati k sv. přijímání.“ Tolik M. Blastar, jehož jsme zde citovali, protože věc nejzřejměji vysvětluje.



obedire: poterat tacita vi operationis occultae transferre saxum sepulcri in cuius passione remotis subito lapidibus, plurima defunctorum sepulcra patuerunt: sed hominibus iussit ut removerent lapidem; in veritate quidem, ut increduli crederent quod videbant, et aspicerent resurgentem mortuum: in typo autem, quod nobis donaret ut levaremus delictorum onere, moles quasdam reorum. Nostrum est onera remove; illius est resuscitare, illius educere de sepulcris <sup>153</sup> exutos vinculis.

57. Videns itaque grave onus peccatoris, illacrymat Dominus Jesus; solam enim flere non patitur Ecclesiam. Compatitur dilectae suae, et dicit defuncto: *Veni foras* (Joan. XI.43), hoc est: <sup>154</sup> Quid jaces in tenebris conscientiae, et delictorum tuorum sordibus, quodam reorum carcere, exi foras, delictum proprium prode, ut justificeris: *Ore enim confessio fit ad salutem* (Rom. X,10).

58. <sup>155</sup> Si confessus fueris, a Christo vocatus, claustra rumpentur, et omnia solventur vincula, etiam si corruptelae corporeae fetor gravis sit. Quatriduum enim habebat ille, cuius fetebat in tumulo caro: cuius autem caro non vidit corruptionem, triduo fuit in sepulcro; carnis enim vitia nescivit, quae ex quatuor constat elementorum substantiis. Quantuslibet ergo mortui fetor sit, aboletur omnis, ubi sacrum redoleverit unguentum: et resurgit defunctus, et solvi jubentur ejus vincula, qui adhuc in peccato est: tollitur velamen de facie ejus, quod veritatem gratiae quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est, revelare faciem, aperire vultum jubetur: non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est.

59. In tanta vero Domini gratia, tantoque divini muneris miraculo, cum oporteret univesos laetari, commovebantur impii, et adversus

neživá příroda. Mohl náhrobní kámen přenést tichou silou skrytého působení. Vždyť při jeho umučení se náhle pohnulo kamení a mnohé hroby zesnulých se otevřely. Ale rozkázal lidem, aby kámen odvalili, zajisté pravda proto, aby nevěřící věřili tomu, co viděli, a podívali se na vstávajícího mrtvého. Je to vzor, že nám dal (poslání), abychom zvedali břemena provinění, to, co viníky jaksi zatěžuje. Na nás je břemena odvalovat, na něm je křísit, na něm je vysvobozené z pout vyvádět z hrobů.

57. Pán Ježíš tedy vidící těžké břemeno hříšníka pláče. Nestrpí totiž, aby Církev plakala sama. Trpí spolu se svou milovanou a říká zesnulému: „*Pojď ven.*“ (J 11,43). To jest: Co ležíš v temnotách svědomí a špíně svých provinění jako v žaláři odsouzenců. Vyjdi ven! Vyznej svůj hřích, abys byl ospravedlněn. „*Vyznání ústy totiž vede ke spáse.*“ (Ř, 10,10).

58. Jestliže vyznáš, jsi volán Kristem, závory se zlomí a všechna pouta budou rozvázána, i kdyby zápach tělesného rozkladu byl těžký. Ten, jehož tělo zapáchalo v hrobě, byl (mrtev) čtyři dny. Ten však, jehož tělo nezná porušení, byl v hrobě tři dny. Neznal totiž neduhy těla složeného ze čtyř podstat živlů. Jakýkoliv by tedy byl zápach mrtvého, všechno se zahlučuje tam, kde se rozlévá vůně svatého pomazání. Mrtvý vstává, je nařízeno rozvázat pouta toho, kdo je dosud v hříchu. Z jeho tváře se snímá rouška, která zastiňovala pravdu milosti, jež předtím přijal. (Nyní) ale protože byl omilostněn, se mu nařizuje ukázat tvář, odkryt obličej. Nemá se totiž co stydět, ten, komu byl hřích odpuštěn.

59. Avšak při tak veliké Pánově milosti a takovém divu Božího daru, když se slušelo, aby všichni jásali, byli bezbožníci pobouřeni, svolali

<sup>153</sup> Sub col. 511, not. a: Mss. aliquot, *exutos pondere.*

<sup>154</sup> Sub col. 511, not. b: Ita mss. ad unum; omnes edit. e contrario. *Quid jaces .... quodam reorum carcere? Exi foras.* Minime etiam male.

<sup>155</sup> Sub col. 512, not. c: Nonnulli mss., *Si conversus fueris.*

Christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere volebant (Joan. XI,47). Nonne merito eorum successores vos fore cognoscitis, quorum duritiae haeredes estis (Joan. XII,10)? Nam et vos indignamini, et contra Ecclesiam congregatis concilium; quia videtis mortuos in Ecclesia reviviscere, et peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per invidiam rursus vultis interficere suscitatos.

60. Sed Jesus non revocat beneficia, immo cumulo liberalitatis amplificat: revisit sollicite resuscitatum, et celebratae resurrectionis gratia laetus ad coenam venit, quam ei sua praeparavit Ecclesia, in qua ille qui fuerat mortuus, unus inter discumbentes cum Christo invenitur.

61. Tunc mirantur omnes qui vident puro utique obtutu mentis, qui invidere non norunt; tales enim Ecclesia filios habet. Mirantur, ut dixi quomodo ille qui jacebat in tumulo heri et nudius tertius (ibid.,3), unus sit de discumbentibus cum Domino Jesu.

62. Ipsa Maria mittit unguentum in pedes Domini Jesu. Ideo forte in pedes, quia unus de infimis ereptus est morti; omnes enim corpus Christi sumus, sed alii forte superiora membra sunt (I Cor. X,17). Os erat Christi Apostolus, qui dicebat: *Experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur Christus* (II Cor. XIII,3). Os ejus prophetae, per quos loquebatur futura: utinam et ego pes ejus esse merear, et mittat in me Maria unguentum suum pretiosum, et ungat, et peccatum extergat!

63. [*Alias cap. VIII.*] Quod igitur de Lazaro legimus, in unoquoque debemus converso peccatore credere: qui licet fetorem habeat, tamen <sup>156</sup> fidei pretioso emundatur unguento: tantum enim gratiae fides habet, ut ubi ante diem

radu proti Kristu a chtěli zabít také Lazara (J 11,47). Což se oprávněně nepoznáváte coby následníci těch, jejichž zatvrzelosti jste dědici? (J 12,10). I vy jste totiž rozhořčení a svoláváte radu proti Církvi, neboť vidíte, že v Církvi znovu ožívají mrtví a hříšníci jsou darovanou milostí kříseni. Tedy, je-li na vás, pro závist chcete vzkříšené znovu zabít.

60. Ale Ježíš dobrodiní neodvolává, ba dokonce vrchovatě rozmnožuje svou štědrost. Vzkříšeného znovu starostlivě navštěvuje a radostný přichází na hostinu (uspořádanou) na oslavu vzkříšení, kterou mu připravila jeho Církev, a při níž se ten, který byl předtím mrtev, nachází jako jeden ze stolujících spolu s Kristem.

61. Nyní se podivují všichni, obzvláště ti, kteří hledí čistým zrakem mysli, kteří neznají závist. Takové syny má totiž Církev. Podivují se, jak jsem řekl, jak to že ten, kdo včera a předevečirem ležel v hrobě, je jedním ze stolujících s Pánem Ježíšem.

62. Sama Maria vylévá mast na nohy Pána Ježíše. Proto snad na nohy, že ze smrti byl vyrván jeden z nejnižších. My všichni jsme totiž tělo Kristovo, ale někteří jsou snad ušlechtilejšími údy (1Kor 10,17). Ústy byl apoštol Kristův, který říkal: „*Hledáte důkaz toho, který ve mně mluví?*“ (2Kor 13,3). Jeho ústa jsou proroci, skrze něž mluvil věci budoucí. Kéž i já si zasloužím být jeho nohou a kéž na mne Maria vylije svou drahocennou mast a pomaže mne a setře hřích!

63. Co tedy čteme o Lazarovi, máme věřit o každém obráceném hříšníkovi, který i kdyby zapáchal, přece je očištěn drahocennou mastí víry. Víra totiž má takovou milost, že tam kde včera zapáchal mrtvý, naplňuje se (nyní) celý dům líbeznou vůní.

<sup>156</sup> Sub col. 512, not. d: Omnes edit. ac mss. nonnulli, *fidei pretiosae emendatur unguento* elegantius caeteri mss. ut in textu.

fatebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus.

64. Fetebat Corinthia domus, quando scriptum est de ea: *Auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes* (I Cor. V,1). Fetor erat, quia modicum fermentum totam massam corruperat. Coepit bene olere, cum dicitur: *Si cui quid donastis, et ego. Nam et ego quod donavi, propter vos in persona Christi* (II Cor. II,10). Itaque, liberato peccatore, factum est in ea gaudium magnum, et redoluit domus tota suavitate gratiae. Unde bene conscius Apostolus quod omnes Apostolicae remissionis perfudisset unguento ait: *Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi fiunt* (ibid.,15).

65. Hujus igitur effusione unguenti laetantur omnes, solus Judas contradicit (Joan. XII,4). Ergo et nunc qui praevaricator est, contradicit; reprehendit, qui proditor: sed a Christo ipse reprehenditur, qui Dominicae remedium mortis ignorat, et tantae mysterium sepulturae non intelligit. Ideo enim et passus et mortuus est Dominus, ut nos redimeret a morte. Hoc excellentissimum indicat pretium suae mortis, quo peccator absolvitur, et in novam assumitur gratiam; ut veniant et mirentur omnes quomodo cum Christo recumbat, et laudantes Deum, dicant: *Manducemus et epulemur; quia hic mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est* (Luc. XV,24). Si quis autem infidelis objecerit, quare cum publicanis et peccatoribus manducat; respondetur ei: *Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent* (Matth. IX,12).

### Caput VIII.

*Ad confessionem et lacrymas urgere pergens ad se convertit orationem. Et ubi significavit desiderium emundandorum Domini pedum instar evangelicae mulieris, in cujus actione traditam poenitentiae formam dicit; si quis tamen hujus exemplaris perfectionem non assequatur, nihilominus Christum ad sepulcrum*

64. Zapáchal dům korintské (církve), když o něm bylo napsáno: „*Proslychá se mezi vámi o smilstvu, a to takovém smilstvu, které není ani mezi pohany.*“ (1Kor 5,1). Byl (tam) zápach, protože trocha kvasu zkazila celé těsto. (Ten dům však) začal vonět, když se říká: „*Jestliže jste mu vy odpustili, také já. A co jsem já odpustil, (odpustil jsem) kvůli vám v osobě Kristově.*“ (2Kor 2,10). Proto po osvobození hříšníka nad ním nastala veliká radost a celý dům znovu zavoněl líbeznou vůní. A proto Apoštol dobře si vědom, že mast odpuštění rozlil na všechny, říká: „*Jsmo líbeznou vůní Kristovou těm, kteří jsou zachraňováni.*“ (v. 15).

65. Rozlítím tohoto pomazání se tedy těší všichni, jen sám Jidáš protiřečí (J 12,4). Tedy i nyní, ten, kdo je přestupníkem protiřečí; zrádce kárá. Ale sám je kárán Kristem, protože nezná Pánův lék smrti a nerozumí tajemství takového pohřbu. Proto totiž Pán trpěl i zemřel, aby nás vykoupil ze smrti. Tím ukazuje na vynikající cenu své smrti, kterou se hříšník rozhřešuje a je přijímán do nové milosti, aby všichni přišli a divili se, jak to že (hříšník) stoluje spolu s Kristem, a chválíce Boha, aby říkali: „*Jezme a hodujme, neboť tento byl mrtev, a ožil; ztratil se, a je nalezen.*“ (Lk 15,24). Jestli však někdo nevěřící namítne, proč (Pán) jí s celníky a hříšníky, odpovídá se mu: „*Lékaře nepotřebují zdraví, ale nemocní.*“ (Mt 9,12).

### Kapitola osmá

*Pokračujíc v naléhání k vyznání a slzám obrací řeč sám k sobě. A když vyjádřil touhu obmýt Pánovy nohy jako žena v Evangeliu, o jejímž činu říká, že byl vzorem pokání; (dodává), že jestli snad někdo její příklad dokonalosti nedosáhl, přece i tak Kristus chce přistoupit k jeho hrobu. Jej prosí, aby ho navštívil a obživil*

*illius accessurum. Eum ut se in suo invisat ac resuscitet demississimo animo rogat; maxime vero ut det condolare peccatoribus, quorum delicta suis ipsius leviora esse persuasum habet. Non ergo insultandum iis pro quibus mortuus est Christus, a quo inter stipulas quas non negligit, se quoque colligi desiderat.*

66. Ostende igitur medico vulnus tuum, ut sanari possis. Etsi non monstraveris, novit: sed a te expetit audire vocem tuam. Absterge lacrymis cicatrices tuas. Sic peccatum mulier illa in Evangelio (Matth. IX,22), fetoremque sui erroris abstersit, sic culpam diluit; cum Jesu pedes lacrymis lavat.

67. Utinam mihi quoque pedum tuorum lutum, Jesu, reserves, quos dum <sup>157</sup> in me deambulas, inquinasti? Utinam sordes vestigiorum tuorum detergendas mihi offeras, quas ego actu meo tuis affixi gressibus! Sed unde mihi aqua viva, qua pedes tuos possim lavare? Si aquam non habeo, habeo lacrymas, quibus dum pedes tuos lavo, utinam me ipsum diluam! Unde mihi, ut de me dicas: *Dimissa sunt ejus peccata multa, quoniam dilexit multum* (Luc. VII,47)? Plus debuisse me fateor, et plus dimissum mihi qui de forensium strepitu jurgiorum, et a publicae terrore administrationis ad sacerdotium vocatus sum; et ideo vereor ne ingratus inveniar, si minus diligam, cui plus dimissum est (ibid.,44).

68. Sed <sup>158</sup> non omnes mulierem istam aequare possunt, quae etiam Simoni, qui prandium Domino dabat, merito praelata est: quae omnibus qui volunt veniam promereri, magisterium praestitit osculando pedes Christi, lacrymis lavando, tergendo crinibus, unguendo unguento.

*v jeho nejponiženějším duchu, především však, aby mu dal soustrast s hříšníky, o nichž má přesvědčení, že jejich zločiny jsou lehčí než jeho vlastní. Nemají tedy být vysmíváni ti, za něž zemřel Kristus, jímž touží být také přibrán mezi stébla, které (on) neodhazuje.*

66. Ukaž tedy svou ránu lékaři, ať můžeš být uzdraven. I kdybys neukázal, (on ji) zná, ale vyžaduje od tebe, aby slyšel tvé přiznání. Obmyj své jizvy svými slzami. Tak setřela svůj hřích a odstranila zápach svého bludu žena v Evangeliu, tak smyla svou vinu, když umyla Ježíšovy nohy slzami (Mt 9,22).

67. Kéž také mně, Ježíši, necháš prach z tvých nohou, které sis zamazal svým přebýváním ve mne. Kéž i mě podáš k očištění bláto z tvých stop, které jsem na tvé kroky nanesl já svým skutkem. Ale kde vezmu živou vodu, kterou bych tvé nohy mohl obmýt? Jestliže nemám vodu, mám slzy, a zatím co jimi obmývám tvé nohy, kéž obmyji sám sebe! A jak to že i o mně říkáš: „*Jsou mu odpuštěny mnohé hříchy, protože mnoho miloval.*“? (Lk 7,47). Vyznávám, že jsem dlužil více a více bylo odpuštěno mě, který jsem byl ke kněžství povolán od ruchu soudních pří a od postrachu veřejné služby. A proto se obávám, abych nebyl shledán nehodným, když méně miluji, ač mi bylo odpuštěno více.

68. Ale ne všichni se mohou rovnat oné ženě, která byla právem postavena i nad Šimona, který Pána hostil. Ona líbáním Kristových nohou, umýváním slzami, utíráním vlasy a mazáním mastí poskytla příklad všem, kdo si chtějí zasloužit milost.

<sup>157</sup> Sub col. 513, not. a: Ultimae edit. Paris., *dum in terra ambulat*: pessime ut docent sequentia, *Utinam sordes .... quas ego actu meo tuis*, etc.

<sup>158</sup> Sub col. 513, not. b: Sic omnes edit. ac mss. aliquot: reliqui vero, *non omnibus*; unus, *non in omnibus, mulierem istam aequare possum*. Haud quidem male; sic enim a Viro sancto instituta de se ipso oratio non abrumpitur, quae infra quoque pluribus verbis per summam humilitatem continuatur.

69. In osculo insigne charitatis est; et ideo dicit Dominus Jesus: *Osculetur me ab osculo oris sui* (Cant. I,1). Capilli quid significant, <sup>159</sup> nisi ut noveris, inclinata omni infularum dignitate saecularium, obsecrandam indulgentiam; ut ad terram flens te ipse prosternas, ut humi jacens moveas misericordiam? In unguento quoque <sup>160</sup> bonae conversionis exprimitur odor. Rex nempe erat David, et dicebat: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo* (Psal. VI,7). Et ideo tantam gratiam meruit, ut ex ejus familia virgo eligeretur, quae nobis partu proprio Christum ederet. Ideo et ista in Evangelio praedicatur mulier.

70. Tamen si hanc aequare non possumus, scit Dominus Jesus et infirmis subvenire, ubi non est quae possit parare convivium, quae deferre unguentum (Joan. XII,7), quae fontem aquae vivae secum portare. Venit ipse ad sepulcrum.

71. Utinam ergo ad hoc monumentum meum digneris accedere (Joan. XI,34), Domine Jesu, tuis me lacrymis laves; quoniam durioribus oculis non habeo tantas lacrymas, ut possim mea lavare delicta! Si illacrymaveris pro me, salvus ero: si dignus fuero lacrymis tuis, <sup>161</sup> fetorem abstergo delictorum omnium: si fuero dignus ut paulisper illacrymes, vocabis me de monumento hujus corporis, et dices: *Exi foras* (ibid.,43), ut non intra corporis hujus angustias inclusae teneantur cogitationes meae: sed egrediantur ad Christum, in lumine versentur; ut non cogitem opera tenebrarum, sed opera lucis. Qui enim peccatum cogitat, intra suam conscientiam studet se ipse includere.

72. Voca ergo foras servum tuum. Quamvis ligatus vinculis peccatorum meorum, vinctos

69. V políbení je znak lásky, a proto Pán Ježíš říká: „*At' mne libá polibkem svých úst.*“ (Pís 1,2). Vlasy, co znamenají, ne-li to, abys věděl, že je třeba odložit všechnu hodnost světských ozdob a úpěnlivě prosit o odpuštění; a aby ses plačíc vrhl na zem a ležíc na zemi pohnul (Boží) milosrdenství? V pomazání je vyjádřena také vůně upřímného obrácení. David, ač byl králem říkal: „*Noc co noc budu obmývat své lůžko, svými slzami budu smáčet své lože.*“ (Ž 6,7). A proto si zasloužil takovou milost, že z jeho rodu byla vybrána Panna, která nám svým porodem dala Krista. Tedy tato žena je v Evangeliu velebena.

70. A přece i když se jí nemůžeme rovnat, Pán Ježíš může přijít na pomoc i slabým. I tam kde není ta, která by mohla připravit hostinu, ani ta, která by přinesla mast (J 12,7); ta, která s sebou nese pramen vody živé. Sám přichází k hrobu.

71. Kéž tedy ráčíš přistoupit k tomuto mému hrobu (J 11,34), Pane Ježíši, a umyješ mne svými slzami; neboť mám tvrdší oči a nemám takové slzy, abych mohl obmýt svá provinění! Jestliže zaslzíš za mě, budu zachráněn. Jestli budu hoden tvých slz, odstraním zápach všech provinění; jestli budu hoden, abys trošičku zaslzel, zavoláš mne z hrobu tohoto těla a řekneš: „*Pojď ven.*“ (J 11,43), aby se mé myšlenky nedržely uzavřené uvnitř úžiny tohoto těla, ale aby vyšly ke Kristu a zůstávaly ve světle, abych nezamýšlel skutky temnoty, ale skutky světla. Kdo totiž zamýšlí hřích, snaží se uzavřít sám do svého svědomí.

72. Zavolej tedy svého otroka ven. I když jsem svázán pouty svých hříchů a nohy mám v

<sup>159</sup> Sub col. 513, not. c: Omnes edit., *nisi ut movearis .... ad obsecrandam indulgentiam*: e contrario omnes mss. ut nos in textu.

<sup>160</sup> Sub col. 513, not. d: Edit. omnes ac mss. aliquot, *bonae conversationis*: caeteri qui et potiores, *bonae conversionis*. Magis apposite, ut subjectum poenitentis Davidis exemplum docet.

<sup>161</sup> Sub col. 513, not. e: Ita cunctae edit. ac plures mss. Ex reliquis vero duo legunt, *absterges*; duo, *absterge*; alii quoque duo, *abstergebis*; totidem, *abstergam*, quomodo etiam legendum conjicit Latinius. At forte neque hic neque alii a quibus hujusmodi mutationes inductae sunt, satis adverterunt nihil frequentius occurrere in auctoribus, quam praesentia tempora pro futuris.

habeam pedes, innexas manus, et cogitationibus et operibus mortuis jam sepultus; te vocante, liber egrediar, et inveniar unus de discumbentibus in convivio tuo, et domus tua pretioso replebitur unguento; siquidem redimere dignatus es, custodieris. Dicitur enim: Ecce ille <sup>162</sup> non in Ecclesiae nutritus sinu, non edomitus a puero, sed raptus a tribunalibus, abductus de vanitatibus saeculi hujus, a praeconis voce ad psalmistae assuefactus canticum, in sacerdotio manet non virtute sua, sed Christi gratia, et inter convivas mensae coelestis recumbit.

73. Serva, Domine, munus tuum, <sup>164</sup> custodi donum quod contulisti etiam refugienti. Ego enim sciebam quod non eram dignus vocari episcopus; quoniam dederam me saeculo huic: sed gratia tua sum quod sum. Et sum quidem minimus omnium episcoporum et infimus merito; tamen quia et ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi, hunc fructum tuere; ne quem perditum vocasti ad sacerdotium, eum sacerdotem perire patiaris. <sup>165</sup> Ac primum da ut condolere norim peccantibus affectu intimo; haec enim summa virtus, quia scriptum est: *Et non gaudebis super filios Juda in die perditionis*

okovech, ruce zapletené a mrtvými myšlenkami i skutky jsem už pohřben; když (však) ty voláš, vyjdu svobodný a budu shledán jedním ze spolustolujících na tvé hostině a tvůj dům bude naplněn drahocennou masťou; jestliže jsi (mě) ráčil vykoupit, uchráníš mě. Říká se totiž: Hle on nebyl vychován v lůně Církve, nebyl cvičen od dětství, ale odtržen od soudních dvorů, odveden od marností tohoto světa, od hlasu řečníka přeúčen na píseň žalmisty, nesetrvává v kněžství vlastní silou, ale Kristovou milostí, a stoluje mezi hosty nebeského stolu.<sup>163</sup>

73. Zachovej, Pane, tvůj úrad, chraň dar, který jsi vložil i na utíkajícího. Já jsem přeci věděl, že nejsem hoden být povolán za biskupa, neboť jsem se předtím oddal tomuto světu. Ale tvou milostí jsem, co jsem. A jsem pravda nejmenší ze všech biskupů a právem nejnižší. A přece, protože i já jsem podstoupil jakési utrpení pro tvou svatou Církev, chraň toto ovoce, abys nedopustil ztracení toho, jehož jsi jako ztraceného povolal ke kněžství. A především dej, abych dokázal mít cit srdečné soustrasti s hřešícími. To je totiž nejvyšší ctnost, neboť je psáno: „*A nebudeš se radovat nad syny Judy*

<sup>162</sup> Sub col. 513, not. f: Quod ait Ambrosius: *Non Ecclesiae nutritus sinu*, cave sic intelligas, quasi se aliquando aut in idololatrarum, aut in haeticorum schismaticorumve coetu vixisse fateatur. Illud enim tantum innuit, se inter eos qui destinati ad altaris ministerium a pueritia in Ecclesia instituebantur, non fuisse nutritum. De hac porro puerorum ecclesiastica institutione adi epist. 1. Sirici cap. 3. et 9; item conc. Carth. III can. 19, Paulinum episcopum de sancto Felice carm. 4, Paulinum diaconum in Ambrosii Vita de se loquentem; Ambrosium ipsum in Exhort. Virgin. de Laurentio, atque alibi; Augustinum lib. 1 de Moribus Eccles. Cath. cap. 33, et alios. Addit etiam hoc loci Ambrosius noster, *sed raptus a tribunalibus*: quibus verbis etiam lib. 1 Offic. cap. 1. num. 4, usus reperitur. Opponit quoque non illepide praeconis, qui tumultum reprimere atque audientiam parare in foro solet, clamoribus, psalmistae cantum, id est, cantorum ecclesiasticorum modos. Infra vero ubi se pro Ecclesia suscepisse quosdam labores testificatur, probabile est nihil aliud nisi certamina contra Symmachum aut Justinam imperatricem ab eodem inita designari. Quae quidem omnia sicut et subinde inspersa intimae demissionis testimonia tam clare auctorem loquuntur Ambrosium, ut mirum videatur, quid sibi voluerit Sotus, dum ob eadem Praesuli nostro hoc ipsum opus abjudicavit.

<sup>163</sup> Co zde Ambrož říká, že „*nebyl vychován v lůně Církve*“, tomu nesmíme rozumět jako by o sobě svědčil, že někdy žil v shromáždění modlářů nebo heretiků či schyzmatiků. On pouze přisvědčuje, že nebyl vychován mezi těmi, kteří určení k službě oltáře byli od dětství vyučováni v Církvi. O tomto vyučování chlapců v Církvi pak viz list 1. Sirika, kap. 3. a 9.; též 3. koncil Kartáginský kán. 19; biskupa Paulina 4. píseň o sv. Feliciovi; jáhna Paulina na Ambrožův život mluvícího o sobě; samotného Ambrože Povzbuzení pannám o Laurenciovi a též jinde; Augustina 1. knihu o zvycích kartáginské církve, kap. 33, a jiné autory. Ambrož k tomuto našemu místu dodává také: „*ale odtržen od soudních dvorů*“, což jsou slova, která se nacházejí též v 1. knize Oficii, kap. 1. č. 4. Naproti hlasu řečníka, který obvykle svolává shromáždění a chystá na náměstí veřejné slyšení, příznačně klade zpěv žalmisty, tedy melodie církevních zpěvů. Níže však, kde svědčí, že pro Církev podstoupil jakési utrpení, pravděpodobně to není nic jiného než boje proti Symachovi nebo císařovně Justýně vyvolané tímtež (Symachem). Všechna tato svědectví osobního ponížení zde i jinde roztroušená mluví tak jasně, že autorem (textu) je Ambrož, že se zdá podivné, co si usmyslel Sotus, když kvůli týmž věcem našemu biskupovi tento spis upřel.

<sup>164</sup> Sub col. 515, not. a: Cod. Ben., *custodi domum, quam contulisti*.

<sup>165</sup> Sub col. 515, not. b: Omnes edit. ac mss. duobus exceptis, *ac primum ut condolere norim*. Cod. Laudun., *Ac primum ut condoleremus*. Optime Germ. antiqui, *ac primum da*, etc.

eorum, et ne magna loquaris in die tribulationis eorum (Abdi., 12): sed quotiescumque peccatum alicujus lapsi exponitur, compatiar: nec superbe increpem, sed lugeam et defleam; ut dum alium fleo, me ipsum defleam dicens: *Justificata est magis Thamar, quam ego* (Gen., XXXVIII,25).

74. Fortasse adolescentula lapsa sit, occasionibus quae delictorum fomites sunt, decepta ac praecipitata sit; peccamus et seniores. Repugnat in nobis lex hujus carnis, legi mentis nostrae, et captivos nos trahit in peccatum, ut faciamus quod nolumus (Rom. VII,23). Illi de aetate suppetit excusatio, mihi jam nulla; illa enim debet discere nos docere. Ergo *justificata est magis Thamar, quam ego*.

75. Incusamus alicujus avaritiam, recordemur si nihil ipsi avare fecimus: et si fecimus, quoniam radix est malorum avaritia (I Tim. VI,10), et tamquam sub terra occulte in nostro serpit corpore, dicamus singuli: *Justificata est magis Thamar, quam ego*.

76. Si commoti fuerimus in quemquam graviter, leviozem causam laicus habet quam episcopus, <sup>167</sup> eo quod commotus egerit aliquid; retractemus nobiscum, et dicamus: Justificatus est magis iste, qui commotionis arguitur, quam ego. Haec enim si dicamus, ipsi nobis cavemus; ne dicat nobis Dominus Jesus, aut quisquam de discipulis ejus: *Festucam in oculo fratris tui vedes; trabem autem quae in oculo tuo est, non vides. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui* (Matth. VII,4,5).

77. Non ergo erubescamus dicere graviorem nostram culpam esse, quam ejus quem arguendum putamus; quia dixit hoc Judas qui arguebat Thamar, et recordatus suam ipse culpam, ait: *Justificata est magis Thamar, quam*

*v den jejich zkázy, a nebudeš mluvit povýšeně v den jejich soužení.*“ (Abd 12). Ale ať mám soustrast, kdykoliv se ukáže hřích někoho, kdo padl. Ať pyšně nevyčítám, ale ať lkám a oplakávám, abych zatím co pláču nad druhým, oplakával sám sebe říkáje: „*Spravedlivější je Tamar než já.*“ (Gn 38,25).

74. Mladá dívka snad padla vlivem příležitostí, které jako troud<sup>166</sup> (mohou vést k vzplanutí a) provinění. Byla svedena a poražena, hřešíme i my starší. Zákon tohoto těla v nás bojuje proti zákonu naší mysli a jako zajatce nás táhne do hříchu, abychom dělali, co nechceme (Ř 7,23). Ona má omluvu pro svůj věk, já už omluvu nemám. Ona je tou, která se má učit, my těmi, kdo máme vyučovat. Tedy: „*Spravedlivější je Tamar než já.*“

75. Odsuzujeme něčí lakotu? Rozpomeňme se, jestli jsme sami něco neudělali z lakomství, protože lakomství je kořenem zla (1Tim 6,10), plíží se v našem těle skrytě jako pod zemí. Řekněme tedy každý: „*Spravedlivější je Tamar než já.*“

76. Jestliže se na někoho moc rozčílíme, v takové věci má menší vinu laik než biskup, pokud něco udělá v hněvu. Omluvme se a řekněme: Spravedlivější než já je tamten, který je usvědčován hněvem. To když řekneme, chráníme sami sebe, aby nám neřekl Pán Ježíš nebo někdo z jeho učedníků: „*Třísku v oku svého bratra vidíš; trám však, který je v tvém oku, nevidíš. Pokrytče, vyjmi nejprve trám ze svého oka, a pak budeš vidět, abys odstranil třísku z oka svého bratra.*“ (Mt 6,4-5).

77. Nestyd'íme se tedy říci, že naše vina je větší než vina toho, jehož pokládáme za hodného obvinění. Tak to řekl Juda, který obžaloval Thamar, ale vzpomenuvši si sám na svou vinu, zvolal: „*Spravedlivější je Tamar než já.*“ (Gn

<sup>166</sup> Lehce zápalná organická látka, která snadno vzplane od jiskry, např. prach z trouchnivého dřeva. Užíval se na rozdělávání ohně (slovensky práchno) (pozn. překl.).

<sup>167</sup> Sub col. 515, not. c: Nonnulli mss., *eo quod commodius egerit.*

*ego* (Gen. XXXVIII,26). In quo et altitudo mysterii est, et morale praeceptum: et ideo culpa eius deputatum non est; quia ipse se accusavit prius, quam ab aliis accusaretur.

78. Non ergo gaudeamus super alicujus peccato, sed magis lugeamus; quia scriptum est: *Noli supergaudere mihi, inimica mea; quia cecidi: sed resurgam; quoniam si sedero in tenebris, Dominus illuminabit me. Iram Domini sustinebo, quia peccavi ei; donec justificet causam meam, et faciat iudicium meum, et educat me ad lumen, et videbo iustitiam eius: et videbit inimica mea, et cooperietur confusione, quae dicit ad me: Ubi est Dominus Deus tuus? Oculi mei vedebunt eam, et erit in conculcationem sicut lutum in via* (Mich. VII,8 et seq.). Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo doleamus magis cum audimus perire hominem, pro quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulam negligit.

79. Atque utinam hanc stipulam in messe, hoc est, inanem avenam fructus mei non abjiciat, sed colligat, sicut ait quidam: *Heu me, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et racemum in vindemia* (Mich. VII,1)! ut vel primitiva manducet in me gratiae suae, etsi posteriora <sup>168</sup> non approbet.

### Caput IX.

*Quo pacto fides ad poenitentiam necessaria? Quot etiam solvendi subsidia cuique suppetant? Orationem, fletus ac jejunia pecuniis potiora esse. Quod ubi exemplis confirmavit, additoque ad veniam liberalitatem multum valere, sed fidei conjunctam, vitia ejusdem liberalitatis nonnulla refert. His alios quosdam poenitentiae jungit defectus, eorum nempe vel qui statim reconciliari expetunt de solito luxu nihil remittentes, vel qui poenitentiam in sola*

38,26). V tom je i hluboké tajemství i mravní ponaučení. Proto mu jeho vina nebyla přičítána, protože se sám obvinil dřív, než byl obviněn druhými.

78. Neradujme se tedy z něčeho hříchu, ale spíše naříkejme, neboť je psáno: „*Neraduj se nade mnou, má nepřítelkyně. Neboť jsem padla, ale vstanu; neboť až jestliže budu sedět v temnotách, Hospodin mne osvítí. Hněv Hospodinův budu snášet, neboť jsem zhřešila proti němu, dokud nerozsoudí mou při a nenastolí mé právo a nevyvede mne k světlu a uzřím jeho spravedlnost. Má nepřítelkyně (to) uvidí a pokryje se zahanbením, protože mi říká: Kde je Hospodin tvůj Bůh? Mé oči ji uvidí a bude pošlapána jako bláto na cestě.*“ (Mich 7,8n). (To neříká) bez důvodu, protože ti, kdo se radují z cizího pádu, radují se ďábovým vítězstvím. A proto se spíše rmuťme, když slyšíme, že zahynul člověk, za nějž zemřel Kristus, který při žních neopomene ani stéblo.

79. Kéž při žních neodhodí ani toto stéblo, to jest prázdnou větévku mých skutků, ale sebere ji, jak říká kdosi: „*Běda mi, jsem jako ten, kdo o žních paběrkuje, o vinobraní sbírá stopku.*“ (Mich 7,1). Kéž ve mě aspoň požije prvotiny své milosti, kdyby i neschválil následující (skutky).

### Kapitola devátá

*Jak je víra nutná k pokání. Kolik prostředků stačí každému na zaplacení dluhů. Že modlitba, pláč a posty jsou silnější než peníze. Což když potvrdil příklady a dodal, že k (získání) milosti je velmi užitečná šlechtnost, ale spojená s vírou, sděluje některé vady téže šlechtnosti. K tomu přidává některé jiné nedostatky pokání, totiž těch, kteří žádají, aby byli hned přijati nic nezanechávající z obvyklého přepychu, nebo těch, kteří pokání vidí jen v samotném zdržování*

<sup>168</sup> Sub col. 515, not d: Sic omnes mss.; omnes vero edit., non approbem.



*sacramentorum abstinentia locant, vel demum qui spe poenitentiae effunduntur in libidines.*

80. Ergo et agendam poenitentiam, et tribuendam veniam credere nos convenit; ut veniam tamen tamquam ex fide speremus, non tamquam ex debito; aliud est enim mereri, aliud praesumere. <sup>169</sup> Tamquam ex syngrapho fides impetrat: praesumptio autem arroganti est propior, quam roganti. Prius solve quod debitum est; ut quod speraveris, impetrare merearis. Solve boni affectum debitoris, <sup>170</sup> ut versuram non facias, sed fidei tuae censu contracti nominis fenus evacues.

81. Plura solvendi habet subsidia, qui Deo quam is qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia reposit, quae non semper debitori praesto est: Deus affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est qui Deo debet, nisi qui se ipsum pauperem fecerit. Et si non habet quae vendat, habet quae solvat. Oratio, lacrymae, jejunia, debitoris boni census est, multoque uberior, quam si quis ex pretiis fundorum pecuniam sine fide deferat.

82. Denique pauper erat Ananias, cum vendito agro, pecuniam deferret ad apostolos; unde nec solvere se potuit, sed implicavit (Act. V,1,2). Dives illa vidua quae duo aera minuta in gazophylacium misit, de qua dictum est: Haec vidua pauperula plus omnibus misit (Luc XXI,2). Non enim pecuniam Deus, sed fidem quaerit.

83. [*Alias cap. IX.*] Neque ego abnuo liberalitatibus in pauperes factis posse minui peccatum; sed si fides commendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonii sine gratia charitatis?

*se od svátostí, nebo konečně těch, kteří se v naději na pokání oddávají rozkoším.*

80. Sluší se tedy, abychom věřili, že je třeba i konat pokání i obdržet milost; abychom v milost doufali tak jako z víry, ne jako z povinnosti. Jiné je totiž něco si zasloužit a jiné (se zásluhou) předem počítat. Víra dostává tak jako z dlužního úpisu; očekávání (platu) je však bližší tomu, kdo si činí nároky, než (člověku) prosícímu. Nejprve zaplat', co jsi povinen, aby sis (pak) zasloužil to, v co doufáš. Zaplat' cit dobrého dlužníka, ať neděláš dluh, ale daní své víry zrušíš svůj dlužní úpis.

81. Ten, kdo dluží Bohu, má více prostředků na zaplacení než ten, kdo dluží člověku. Člověk vymáhá peníze za peníze, a ty dlužník ne vždy má po ruce. Bůh požaduje rozpoložení myslí, které je v tvé moci. Nikdo, kdo dluží Bohu, není chudým, jedině ten, kdo se sám chudým učinil. I když snad nemá, co by prodal, má čím zaplatit. Modlitba, slzy, posty jsou poplatkem dobrého dlužníka, a to mnohem hodnotnějším, než když někdo bez víry přináší peníze z prodeje svých statků.

82. Ostatně chudým byl Ananiáš, když po prodeji pole přinášel peníze k Apoštolům, a proto se nedokázal vykoupit, ale zapletl se (Sk 5,1-2). Bohatá byla (naopak) ona vdova, která do chrámové pokladnice hodila dvě drobné mince, a o níž je řečeno: „*Tato chudička vdova hodila víc než všichni (ostatní).*“ (Lk 21,2). Bůh totiž nehledá peníze, ale víru.

83. Já nepopírám, že dobročinné skutky k chudým mohou zmenšit hřích, ale jen když almužny doporučuje víra. Co tedy prospěje rozdat v almužnách své dědictví bez milosrdné lásky?

<sup>169</sup> Sub col. 515, not. e: Mss. complures, *ex ingrato*; unus, *ex integro*; caeteri, *ex syngrapho*; pro quo edit., *ex syngrapha*. Iterum paucis post versibus, ubi cunctae edit. et mss. nonnulli, *ut usuram non facias*: unus, *ut versutam non facias*, reliqui, *ut versuram*, etc. Est autem versuram facere ita mutare creditores, ut ad pecuniam quae sub mediocri fenore alicui debetur, dissolvendam, ab alio summam necessariam cum onere majoris fenoris accipias.

<sup>170</sup> Sub col. 516, not. f: Edit. et quidam mss., *ut usuram non facia*.

84. Sunt qui ad jactantiam solam decorem largitatis affectent; ut eo se probatos vulgo videri velint, quod sibi nihil reliquerint: sed dum praesentis saeculi mercedem requirunt, non reconduunt futuri; et quia hic preceperunt mercedem suam, illic sperare non possunt.

85. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi Ecclesiae contulerunt, postea revocandas putarunt: quibus nec prima <sup>171</sup> merces rata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, et secunda habuit sacrilegium.

86. Sunt quos poenituerit opes suas divisisse pauperibus: sed eos qui poenitentiam agunt, <sup>173</sup> hoc solum poenitere non debet, ne ipsius poenitentiae agant poenitentiam. Nam plerique futuri supplicii metu peccatorum suorum conscii, poenitentiam petunt, et cum acceperint, publicae supplicationis revocantur pudore. Hi videntur malorum petiisse poenitentiam agere bonorum.

87. Nonnulli ideo poscunt poenitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt, quam sacerdote ligare; suam enim conscientiam culpa non exuunt, et sacerdotis <sup>174</sup> induunt, cui praeceptum est: *Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos*; hoc est, <sup>175</sup> immundis impuritatibus sacrae communionis non impertienda consortia.

84. Někteří pro chlubitost baží po pouhé ozdobe štědrosti, aby se zdáli dobrými před lidmi tím, že si nic neponechávají pro sebe. Ale zatímco vyhledávají odměnu přítomného věku, nešetří pro budoucí; a protože zde už svou odměnu dostali, tam (v ni) doufat nemohou.

85. Jiní podníceni rozčilením mysli přinesli své majetky Církvi, avšak ne s trvalým rozhodnutím, a potom se domnívali, že je mohou žádat zpět. Těm se nepočítala ani první odměna ani druhá, protože předtím neměli (skutečný) úmysl (darovat) a potom se chtěli dopustit svatokrádeže.<sup>172</sup>

86. Jiní zase litují, že své majetky (sice) rozdělili chudým, ale těm (chudým), kteří konají pokání. Toho samotného není správné litovat, aby snad nečinili pokání ze samotného pokání. Neboť velmi mnozí žádají pokání ve strachu si uvědomující budoucí trest za své hříchy, a když jsou k němu přijati, ze studu se zdržují veřejného ponižování. Ti vypadají jako by toužili po zlu a litovali dobra.

87. Někteří žádají pokání proto, že chtějí, aby jim zase hned bylo uděleno sv. přijímání. Ti nechtějí ani tak sami sebe rozvázat, jako spíš svázat kněze. Svědomí totiž viny nezavírá a svědomí kněze obtíží. Jemu je přikázáno: „*Nedávejte svaté psům a neházejte své perly před svině.*“, to znamená, že špinavým a neočištěným nemá být udělena účast na sv. přijímání.

---

<sup>171</sup> Sub col. 517 not. a: Mss. plerique, *merces grata est*: unus, *gratia est*. Hoc autem loco mirari subit, quam abhorruerit ab avaritia noster Ambrosius; quandoquidem munera semel Ecclesiae oblata et tradita repetenti domino restituere adeo paratum se significet. Animum a cupiditate adeo liberum discipulus ejusdem Augustinus egregie imitatus est, quemadmodum in ejus vita cap. 24 testatur Possidius. Alii etiam locis non absimilem divitiarum contemptum prae se fert Ambrosius: vide quae in Lucae Evang. super eadem re disserit, lib. VIII, num. 79, sicut et Epist. *de Basilicis non tradendis*.

<sup>172</sup> Je na místě zde obdivovat, jak sv. Ambrož odrazuje od lakomství. Přitom však dává najevo, že dary už jednou Církvi obětované a odevzdané je žádajícímu vlastníkovu připraven vrátit. Ducha svobodného od lakomství výtečně následoval i jeho učedník sv. Augustin, jak o tom v jeho životopise kap. 24 svědčí Possidius. Také na jiných místech se Ambrož ukazuje jako člověk pohrdající bohatstvím. Viz co o této věci říká ve výkladu na Lukášovo evangelium, kniha 8, č. 79; a také v dopise O neodevzdaných bazilikách.

<sup>173</sup> Sub col. 517, not. b: Ita vet. edit. in corpore, et cuncti mss. Eras. autem et Gill. in margine, *hoc solum timere oportet*: quam lectionem Rom. edit. transtulit in contextum.

<sup>174</sup> Sub col. 517, not. c: Mss. aliquot. *sacerdotes induunt quibus*, etc.

<sup>175</sup> Sub col. 517, not. d: Eras. et Gill. in marg. ac Rom. edit. in corp., *immundis spiritibus*. At Rom. edit. sola, *non facile impertienda*; reliquae omnes, mss. omittunt quae *facile*.

88. Itaque videas eos <sup>176</sup> mutata veste incedere, quos lugere et gemere oportebat; quia vestem illam <sup>177</sup> ablutionis et gratiae sordidarunt: feminas autem margaritis onerare aures, curvare cervices, quas bene Christo, non auro, inclinarent: quae se ipsas flere debebant, quod margaritam quae de coelo est, perdidierunt.

89. Sunt etiam qui arbitrentur hoc esse poenitentiam, si abstineant a sacramentis coelestibus. <sup>178</sup> Hi saeviores in se iudices sunt, qui poenam praescribunt sibi, declinant remedium, quos vel poenam suam conveniebat dolere; quia coelesti fraudarentur gratia.

90. Alii proposita spe agenda poenitentiae, licentiam sibi delinquendi propagatam putant; cum poenitentia remedium peccati sit, non peccandi incentivum. Vulneri enim medicamentum necessarium est, non vulnus medicamento; quia propter vulnus medicamentum quaeritur, non propter medicamentum vulnus desideratur. Infirma deinde spes quae committitur tempori; cum omne tempus incertum sit, omni spes tempori non sit superstes.

### Caput X.

*Ut pudor quo revocantur a publica poenitentia fontes, depellatur, profanorum agendi ratione proposita, utilitatem precum ab omni Ecclesia simul emissarum, ac lugentium sanctorum exempla promit. Tum reprehensis qui eadem poenitentiam ducunt saepius iterandam, quam difficulter bene agatur, quove modo exsequenda sit, explicat.*

91. An quisquam ferat ut erubescas Deum rogare, qui non erubescis rogare hominem? et pudeat te Deo supplicare, quem non lates; cum

88. Pohled' na ně: vykračují si v nových šatech, zatímco by měli lkát a naříkat, že si špiní onen oděv křestní milosti. Ženy si zatěžují uši perlami, sklánějí šíje, ale ne před Kristem, nýbrž aby je ověšely zlatem. Měly by plakat sami nad sebou, protože ztratily tu perlu, která je z nebe.

89. Jsou i takoví, kteří pokládají za pokání to, že se zdržují od nebeských svátostí. Ti jsou sami sobě příliš přísnými soudci, sami si předpisují trest a odmítají lék, zatím co by měli žet nad svým trestem, že jsou pozbaveni nebeské milosti.

90. Jiní myslí, že nabízená naděje na pokání jim uděluje dovolení hřešit. Pokání je ale lékem na hřích, ne pobídkou k hříchu. Lék je potřebný kvůli ráně, ne rána kvůli léku. Lék se vyhledává pro ránu, a nikdo netouží po ráně, aby mohl užít léku. Nakonec, slabá je ta naděje, která se opírá o čas, protože veškerý čas je nejistý a naděje na budoucí pokání nezbude pozůstalý.

### Kapitola desátá

*Aby zapudil stud, kterým jsou (lidé) odrazováni od veřejného pokání, po předložení argumentů ze světských úkonů, ukazuje na užitečnost proseb vysílaných společně celou Církví a též užívá příklady truchlících svatých. Pak kárá ty, kteří tvrdí, že toto pokání se má častěji opakovat, a vysvětluje, jak obtížné je ho správně konat a jakým způsobem se vykonávat má.*

91. Máš se snad stydět prosit Boha, když prosit člověka se nestydíš? Hanbíš se snad doprošovat Boha, před nímž nejsi skryt? Vždyť

<sup>176</sup> Sub col. 517, not. e: Ultimae edit., *candida veste incedere*.

<sup>177</sup> Sub col. 517, not. f: Nonnulli mss. *oblutionis et gratiae*. Non absurdo sensu. Etenim alludere potuit ad morem veterum, quo qui sacris operaturi erant, veste pura indui solebant: at in recepta lectione alluditur ad vestem baptismalem, de qua supra.

<sup>178</sup> Sub col. 518, not. g: Rom. edit. sola, *Hi severiores*; et infra cum uno vel altero mss. *praescribunt, si declinant*, etc.

te non pudeat peccata tua homini, quem lateas, confiteri? <sup>179</sup> An testes precationis et conscios refugis, cum si homini satisfaciendum sit, multos necesse est ambias, obsecres, ut dignentur intervenire; ad genua te ipse prosternas, osculeris vestigia, filios offeras culpae adhuc ignaros, paternae etiam veniae precatores? Hoc ergo in Ecclesia facere fastidis, ut Deo supplices, ut patrocinium tibi ad obsecrandum sanctae plebis requiras; ubi nihil est quod pudori esse debeat, nisi non fateri, cum omnes simus peccatores: ubi ille laudabilior, qui humilior; ille iustior, qui sibi abjectior.

92. Fleat pro te mater Ecclesia, et culpam tuam lacrymis lavet, videat te Christus moerentem, ut dicat: *Beati tristes, quia gaudebitis* (Luc. VI,21). Amat ut pro uno multi rogent. Denique in Evangelio motus viduae lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium ejus resuscitavit (Luc. VII,13). Ideo citius exaudivit Petrum, ut Dorcas resurgeret (Act. IX,36); quia pauperes mortem mulieris ingemiscebant. Ideo ipsi Petro statim remisit, quia amarissime flevit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet (Luc. XXII,62). <sup>182</sup> Usus enim doloris ablegat luxuriam criminis, erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, admittenda excludimus, et fit quaedam de condemnatione culpae disciplina innocentiae.

vyznávat své hříchy člověku, před nímž skryt jsi, se nestydíš.<sup>180</sup> Anebo snad unikáš před účastí svědků<sup>181</sup> svých proseb, když je třeba přinést nějakou náhradu člověku? Tehdy se na ně naopak obracíš s prosbou a žádáš je, aby se tě ráčili zastat. Padáš na kolena, líbáš nohy, přivádíš dosud nevinné děti jako prosebníky za milost pro otce. A snažně prosit Boha v Církvi, abys na prosby svatého lidu nalezl (nebeské) dědictví, to se ti oškliví? Zde není nic, za co se třeba stydět, jedině za to, že se nepřiznáváš. Zde jsme všichni hříšníci. Zde je chvályhodnější ten, kdo je poníženější; spravedlivější ten, kdo sám před sebou opovrženější.

92. Ať za tebe pláče matka Církve a obmývá tvou vinu slzami, ať tě Kristus vidí nařikajícího, aby řekl: „*Blahoslavení vy plačící, neboť se budete radovat.*“ (Lk 6,21). Má rád, když za jednoho prosí mnozí. Ostatně v Evangeliu pohnut slzami vdovy, protože pro ni plakali mnozí, vzkřísil jejího syna (Lk 7,13). Proto rychleji vyslyšel Petra, aby vzkřísil Dorkas (Sk 9,36), protože smrt (této) ženy oplakávali chudí. Proto i samotnému Petrovi hned odpustil, protože přehořce plakal. A ty, jestliže bys přehořce plakal, Kristus na tebe pohlédne, vina odstoupí (Lk 22,62). Návyk lítosti totiž odstraňuje přebujelost viny a požitek z poblouzení. Tak když litujeme spáchaných (hříchů), vylučujeme (jejich další) páchání.

<sup>179</sup> Sub col. 518, not. h: Sic omnes edit. ac pauci mss. reliqui autem magno consensu, *Antistites precationis*, praeter duos in quibus *praedicationis*; minus commode. Quod vero ad vocem *Antistites*, ea non omnino displicet, cum referri possit ad presbyteros sive diaconos, qui poenitentium orationibus praesse ab episcopo jubebantur. Sed gravior difficultas est quo sensu accipi debeant superiora illa, *cum te non pudeat*, etc. Bellarminus et alii catholici cum illo eadem de auriculari, ut vocant, confessione interpretantur: quae contra Dallaeus, Albertinus aliique heterodoxi pertinacius ad publicam publici peccati declarationem, quam non lingua vel ore, sed lacrymis, gestu et totius habitu corporis efferebant, transferunt. At eos adversus apertam veritatem vana moliri manifestum est: nam 1° locutione utitur singulari, *homini*, inquit, *quem lateas, confiteri*, nemo quippe non videt, si publicam exomologesin significare habuisset in animo, ratiocinium per numerum multitudinis multo efficacius fuisse futurum; 2° demonstrat series omnis orationis poenitentes non ob aliud avocatos a publica supplicatione, nisi quia per ejus exteriores actus prodebant esse se peccatores: 3° satisfactionis et confessionis manifestum discrimen exprimitur; verba enim proxime citata pertinent ad confessionem, ad satisfactionem vero sequentia: *cum si homini satisfaciendum sit*, etc.

<sup>180</sup> Myslí se na nitro a svědomí člověka, které je před Bohem odkryto a před člověkem skryto (pozn. překl.).

